TRACTATVS DE DEMONSTRATIONE METHODICVS & POLEMICVS, quatuor libris absolutus:

antehæc in usum Iuventutis in Collegio WADHAMI *apud Oxonienses privatis prælectionibus traditus,*

à

IOANNE FLAVEL
Art. Mag. & ejusdem Collegii Socio.

OXONIÆ,
Excudebant IOANNES LICHFIELD & IACOBVS SHORT, *Academiæ Typographi.* Anno Dom. 1619.

William Haynes his Book

BRITISH MUSEUM

994

LECTORI S.

Prælectiones hæ de Demonſtratione, quas nunc diuinâ ope publici iuris fecimus, ab autore non ad prelum, ſed in uſum & ad profectum priuatorũ aliquot Auditorum primitus erant apparatæ: pro muneris ratione, quod tum temporis obibat in Collegio. Id erat iuventutem præceptis Logicis informare, illiuſq; præſidere diſputationibus: quod utrumq; præſtitit Iuvenis ipſe, Baccalaureus in Artibus, ætatis anno nondum viceſimo. Et ecce immaturæ ætatis maturiorem fructum, quem, exciſâ arbore quæ ferebat, cupiebam diutiùs profuturum. Opus igitur aggreſſus ſum; & quia autographum non aderat, neceſſe habui ex auditorum exemplaribus, ut ex faculentis uaſculis, purum liquorem percolare. Tra-

ctatum integrum meâ manu exaravi ad
prelum: ipsum in libros & sectiones, libro-
rum & sectionum capita distribui; analy-
sin feci auctiorem: indices addidi: citato
autorum locos, ubi occurrebant, cum fonti-
bus diligenter contuli; ubi non occurre-
bant, apposui ipse. Et quia autoris fuisse
animum plane noverim, quod si quid tale
cogitasset de emittendo hoc opere in publi-
cum, limatius esset polituru; quædam mu-
tavi, subtraxi alia, alia addidi. Tan-
tillum (benevole Lector) meum est. Can-
dide laborem meum interpretari, vicissim
hoc tuum erit. Vale.

INDEX

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC Domino, D. ARTHVRO providentiâ divinâ *Bathon:* & *Wellensi* Episcopo, Collegii WADHAMI *apud Oxonienses Visitatori vigilantissimo.*

CVm timore homines è prelo alloquor; verecundè compello (Reverende Pater) Amplitudinem Tuam: illorum timeo censuras, vereor Tuum judicium; utriusq; formido examen de imbecillitate mea: quòd, cùm latere potuit in cinere parentis intermoritura proles, donare malleem novâ eam & recenti vitâ. Cupiebam memoriæ consulere amici & conterranei mei. Cupiebam (quod instar omnium est) publico

prodeſſe: quod, quia de meo non habui, alieno opere præſtare ſum conatus. Cupiebam Amplitudini Tuæ dicare hoc, quicquid eſt alieni operis, meæ opellæ, ut judicio Tuo vadatus de cenſuris aliorum minùs eſſem ſolicitus. Accipe igitur, qui integritatem Amplitudini præfers (Integerrime Antiſtes) orbatum hunc parente fœtum, fove, & protege. Qui Diœceſi præſides, quæ tellus patria fuit autori & mihi; qui ſedes in ea Civitate, in qua ego natus; qui Collegio invigilas, in quo uterq; fuimus educati (quorum illæ Te Epiſcopum, hoc etiam Epiſcopum, ſed Latino idiomate Viſitatorem agnoſcit) digneris infantulum hunc partum Patrocinio & Tutelâ. Faxit Deus Opt. Max. ut Amplitudinis Tuæ radiis fruamur hîc diutinè, ad Eccleſiæ, Reipublicæ, Literarum commodum & ſalutem: & cùm ſerus occideris, oriaris clarior & fulgidior. *Oxonij e Coll. Wad. Kal. Martij.* 1618.

28 MR 39

Amplitudini Tuæ devotiſſimus,

ALEXANDER HVISH.

ca quam, eiusdemq; conditionibus.

Lib. II. Sect. II.

CAP. I. De forma demonstrationis communi.
QVÆST. *An prima figura sit aptissima ad demonstrandum?*
CAP. II. De propria demonstrationis forma, necessitate, & ejus gradibus.
CAP. III. De primo gradu necessitatis, qui De omni.
CAP. IIII. De secundo gradu necessitatis, qui Per se.
CAP. V. De primo modo dicendi per se.
CAP. VI. De secundo modo dicendi per se.
CAP. VII. De tertio modo dicendi per se.
CAP. VIII. De quarto modo dicendi per se.
CAP. IX. De conversione propositionũ per se
QVÆST. *An propositio per se convertatur in aliam per se?*
CAP. X. De utilitate modorum per se.
QVÆST. *Vtrùm omnes modi dicendi per se sint utiles ad demonstrationem?*
CAP. XI. De tertio gradu necessitatis, Quatenus ipsum.
CAP. XII. De prædicatis universalibus.
QVÆST. *Vtrùm generis prædicatio de specie sit quatenus ipsum?*

Lib. II. Sect. III.

CAP. I. Scientia an sit.
QVÆST. *An sit scientia de novo?*
CAP. II. De definitione scientiæ.

QVÆST.

QVÆST. *An rectè scientia ab Arist. definiatur?*
CAP. III. De primario scientiæ medio, sensu.
QVÆST. *An deficiente sensu deficiat scientia?*
CAP. IIII. De scientiæ oppositis, & primùm de ignorantia duplici, negationis & dispositionis.
CAP. V. De tertio scientiæ opposito, Opinione.
QVÆST. *An opinio & scientia possint esse simul de eodem?*

LIB. III.

CAP. I. De demonstratione universali, particulari; affirmativa, negativa; ostensiva, & ducente ad impossibile.
CAP. II. In quo divisionis demonstrationis in Διότι & Ὅτι membra dividentia explicantur.
CAP. III. De sufficientia divisionis demonstrationis in Διότι, & Ὅτι.
CAP. IIII. De sufficientia subdivisionum demonstrationis Διότι & Ὅτι in suas species.
CAP. V. Qualis sit divisio demonstrationis in Διότι, & Ὅτι, generis univoci, æquivoci, an analogi?

LIB. IIII.

CAP. I. De regressu; ubi obiter de Circulo.
CAP. II. De conversione demonstrationis in definitionem.

PRO-

INDEX CAPITVM, QVÆSTIONVM, ET CONTROVERSIARVM, QVÆ IN HIS quatuor de Demonstratione libris continentur.

LIB. I.

CAP. I. De prima definitione Demonstrationis petita à fine.

QVÆST. *An prior definitio demonstrationis rectè assignetur?*

CAP. II. De secunda definitione demonstrationis petita à materia.

QVÆST. *An secunda definitio demonstrationis rectè statuatur?*

LIB. II. SECT. I.

CAP. I. De materia Demonstrationis ex qua remota: ubi de subjecto, causa, & propria passione.

CAP. II. De Præcognitionum & Præcognitorum numero.

CAP. III. De præcognitionum applicatione, & primò de præcognitionibus Subjecti.

CAP. IIII. De præcognitione Passionis & Principii: ubi & de Principio complexo.

CAP.

CAP. V. De altera terminorum affectione, ſcilicet quæſtione.
QVÆST. *An ſint quatuor quæſtionum genera?*
CAP. VI. De medio termino quæſtio proponitur & diſcutitur.
QVÆST. *An medium potiſſimæ demonſtrationis dari poſſit in omni genere cauſæ?*
CAP. VII. In quo alia de medio termino quæſtio proponitur,& diſcutitur.
QVÆST. *An medium in demonſtratione ſit definitio maioris, an verò minoris extremi?*
CAP. VIII. De materia proxima demonſtrationis: adeóq; de principiis eſſendi & cognoſcendi.
QVÆST. *An eadem ſint principia eſſendi & cognoſcendi?*
CAP. IX. De principiis primis,& à primis ortis.
QVÆST. *An primorum principiorum cognitio inſit à naturâ?*
CAP. X. De principiis communibus, & propriis.
QVÆST. *An principia communia poſſint ingredi demonſtrationem?*
CAP. XI. De principiis propriis, & alienis.
QVÆST. *An in demonſtrando liceat tranſire de genere in genus?*
CAP. XII. De concluſione demonſtrationis.
QVÆST. *An concluſio demonſtrationis ſimul tempore cognoſcatur cum præmiſſis?*
QVÆST. *Vtrùm habito præmiſſarum aſſenſu, liberum adhuc ſit intellectui, an verò neceſſarium, eodem tempore aſſenſum præbere concluſioni?*
CAP. XIII. De materia demonſtrationis cir-

28 MR 59

PROOEMIVM.

ETsi in tractatu hoc, quem de demonstratione instituimus, non methodicum, sed polemicum κατὰ θέσιν καὶ ἄσκησιν scribendi genus profiteamur: ne tamen disputationes nostræ *arena sine calce* (quod olim *Claudius* de *Seneca* dixit) videantur; idcircò visum nobis est, methodum aliquam (licèt fortasse non, quàm fieri potuit, accuratissimā) sequendam proponere. Itaq; opellam nostram è duabus partibus constare volumus, quarum prior demonstrationis *essentiam & quidditatem*; posterior eiusdem *affectiones* complectetur. Essentiam eius spectabimus primùm *illimitatam*, sive in *latitudine* sua, sive in *genere*; posteáq; *restrictam*, & *coarctatam*, sive in *speciebus*. Porrò in genere notam eam faciemus, tum *minùs perfectè* per definitionis explicationem; tum etiam (quia perfectam rei cognitionem omnium causarum cognitio generat) *magis perfectè* per causarum, quæ in quocunq; genere, quocunq; modo ad eam constituendam conducere videntur, investigationē & declarationē.

Hic modus, hac nostro signabitur area curru.

TRACTATVS DE DEMONSTRATIONE,

LIB. I.

In quo essentia Demonstrationis in genere explicatur per definitionem.

CAP. I.

De prima definitione Demonstrationis petita à fine.

GEnericam demonstrationis quidditatem indicaturos nos primùm *minùs perfectè* ex definitione promisimus. Definitiones autem ejus duæ circumferuntur, *Aristotelica* utraq; : prior *expressè*, & ex propriâ intentione; posterior *elicitivè*, & interpretum placito: prior à *fine*; posterior à *materia* petitur: prior *utriq; Demonstrationis speciei* (licèt inæqualiter, & secundùm prius & posterius) se communicat; posterior in *potissimam solam demonstrationem* quadrat: in priori demonstratio pro *toto* aggregatis

ap. 10. pag. 52.
11. pag. 59.
12. pag. 62.

75.
n. Cap. 4. pag. 76.

ius se- { Modos quatuer, { Primum. Cap. 5. pag. 78. / Secundum. Cap. 6. pag. 80. / Tertium. Cap. 7. pag. 82. / Quartum. Cap. 8. pag. 84.
Modorum { Conversionem. Cap. 9. pag. 86. / Vtilitatem. Cap. 10. pag. 89.
. 11. pag. 92. eiusq; prædicata. Cap. 12. pag. 93.

ionis. / ositionis. } Cap. 4. pag. 110.
115.

onis, / ionis { Membra dividentia explicantur. Cap. 2. pag. 126.
Sufficientia probatur { Divisionis. Cap. 3. pag. 128. / Subdivisionis. Cap. 4. pag. 133.
Qualitas ostenditur, sitne generis univoci, æquivoci, vel analogi? Cap. 5. pag. 135.


LIB. 1.
Minùs perfectè, & à definitione, quam habet duplicem, à
Efficiens, videlicèt Intellectus
In qua, idem Intellectus
de quibus
Fini
Ma
SECT. 1.
Materialis: eaq; triplex
Ex qua, quæ vel
Remota, ut termini, qui spectantur vel
Sine dispu
time; idq
vel
Cum dispu
ne, & sunt
Genere, idq; vel
Proxima, nempe propositiones. Hæ sunt vel
Principi
rum quæ
est divisio
principia
Princip
LIB. 2.
Magis perfectè, & explicatione omnium eius causarũ. Causa eius est vel
Circa quam. Cap. 13. pag. 66.
SECT. 2.
Formalis, quæ spectatur vel
Communiter, estq; modus &
Specialiter, & cum necessitate. Ea considerantur
Strict
P
secun
illius
SECT. 3.
Finalis, quæ est scientia, de qua quæruntur quatuor,
An sit? scil. de novo. Ca
pag. 97.
Quid sit? Cap. 2. pag.
Quibus egeat? Vbi de S
Cap. 3. pag. 107.
Quæ sint eius opposita?
Essentia & quidditas, quæ considerat
In demonstratione duo sunt spectanda, eius
LIB. 3.
Specie.
Species eius sunt vel
Minùs principales, spectatæ secundùm triplicem divisionem, in
Universalem & Particularem.
Affirmativam & Negativam.
Ostensivam, & Ducentem ad impo
Magis principales. Hæ sunt
Διότι, quæ subdividitur in d
monstrationem à causa
Ὅτι quæ subdividitur in d
monstrationem à
LIB. 4.
Affectiones, quæ duæ sunt,
Regressus: Vbi de Circulo. Cap. 1. pag. 137.
Conversio eius in definitionem. Cap. 2. pag. 142.

Fine. Cap. 1. pag. 2.
Materia. Cap. 2. pag. 5.
...uibus non est huius loci tractare.

...ne dispositi-
...; idque
- In se, suntq; Subiectum. Causa. Propria passio. Cap. 1. pag. 11.
- In relatione ad affectiones suas. Affectio terminorum est vel
  - Praecognitio, quae consideratur vel in
    - Genere. Cap. 2. pag. 12.
    - Specie, estque vel
      - Subiecti. Cap. 3. pag. 15.
      - Passionis. Principii. Cap. 4. pag. 20.
  - Quaestio. Cap. 5. pag. 24.

...m dispositio-
...& sunt
- Maior, Minor extremitas: de quibus nihil controvertitur.
- Medius terminus cum relatione ad
  - Causam, quae illius locum occupare potest. Cap. 6. pag. 30.
  - Extremum, cuius ille sit definitio. Cap. 7. pag. 36.

...rincipia, quo-
...quadruplex
...livisio, in
...ipia
- Essendi & cognoscendi. Cap. 8. pag. 44.
- Prima, & à primis orta Cap. 9. pag. 46.
- Communia & propria Cap. 10. pag. 52.
- Propria & aliena. Cap. 11. pag. 59.

...rincipiatum scil. conclusio, de qua, Cap. 12. pag. 62.
...66.

...lus & figura. Cap. 1. pag. 70.
...Strictim. Cap. 2. pag. 73.

Paulò fusiùs, secundùm tres ...illius gradus, ... Cap. 1.
- De omni. Cap. 3. pag. 75.
- Per se, qui spectatur iterum vel
  - Strictim. Cap. 4. pag. 76.
  - Fusiùs secundùm
    - Modos quatuor,
      - Primum. Cap. 5. pag. 78.
      - Secundum. Cap. 6. pag. 80.
      - Tertium. Cap. 7. pag. 82.
      - Quartum. Cap. 8. pag. 84.
    - Modorum
      - Conversionem. Cap. 9. pag. 86.
      - Vtilitatem. Cap. 10. pag. 89.
- Quatenus ipsum. Cap. 11. pag. 92. eiusq; praedicata, Cap. 12. pag. 93.

...ag. 101.
...de sensu.
...
...ta? Ea sunt
- Ignorantia
  - Purae negationis.
  - Pravae dispositionis. Cap. 4. pag. 120.
- Opinio. Cap. 5. pag. 115.

...impossibile. Cap. 1. pag. 124.

...r in de-
...sa
- Efficiente.
- Finali.

...r in de-
- causa remota.
- effectu proximo,

Huius divisionis, ut et subdivisionis utriusq;
- Membra dividentia explicantur. Cap. 2. pag. 126.
- Sufficientia probatur
  - Divisionis. Cap. 3. pag. 128.
  - Subdivisionis. Cap. 4. pag. 133.
- Qualitas ostenditur, sitne generis univoci, aequivoci, an analogi? Cap. 5. pag. 135.

gato ex præmissis & conclusione; in posteriore pro *præmissis solis* usurpatur.

An prior definitio Demonstrationis rectè assignetur?

PRior demonstrationis definitio, quæ habetur, 1. *Post. text.* 8. ita se habet: *Demonstratio est Syllogismus scientificus.* Vbi ne in corrigendis codd. *Arist.* (quorum aliqui non minùs corruptè, quàm inptè loco ἐπιστημονικὸν ἀποδεικτικὸν habent) desudemus, observamus breviter tum generis loco, *Syllogismum*; tum loco differentiæ, *Scientificum.* Nomen *Syllogismi* omnes alias argumentationis species excludit; & ipsum inter eas *Enthymema*, cui aliqui vim scientiam pariendi, nos assensum tantùm probabilem in animo gignendi facultatem ascribimus. Nomen *scientifici* à reliquis Syllogismi speciebus Demonstrationem separat: *Dialecticus* enim opinionem, *Sophisticus* deceptionem, solus *Demonstrativus* scientiam intendit, certè solus obtinet. Non interim prætermittendum, ad pariendam scientiam *principaliter*, & *effectivè* intellectum; demonstrationem tantùm *minùs principaliter*, & ut *instrumentum* concurrere. Atq; hæc definitioni isti, utpotè ex se facili & manifestæ, explicandæ sufficiunt: Si quæ deesse videantur, ea partim hîc inter solvendas objectiones, & partim * inferiùs in ἀϊπολογία nostrâ demonstrationis, ubi de scientia ipsiùs agemus, supplebuntur.

* *l. 2. Sect. 3.*

OBJECTIO.

Potest autem nobis hoc modo occurri. Vel est hæc accidentalis definitio, vel essentialis, sicut omnis alia. Si accidentalem dicamus, inferetur, malè fecisse Arist. *qui*

(uti consulenti contex. 9. lib. 1. Post. clarè apparet) secundam definitionem demonstrationis per primam demonstravit: hoc enim posito, essentialem per accidentalem demonstrásset. Essentialem autē eam non esse, inde confirmátur, quòd in ea demonstratio dicitur Syllogismus efficiens scientiam: efficiens autē per effectum essentialis definiri nequit. Hìc si nos dixerìmus, scientiam & effectum esse & finem demonstrationis, atque sub ratione finis eius definitionem ingredi; replicabitur, idem non posse causam esse & effectum respectu eiusdem; ac utcunque dato, definitionem istam à fine peti, nihilo tamen magis erit essentialis, cùm finis sit causa externa, nec rei essentiam attingat.

SOLVTIO.

Vt huic obiectioni satisfaciamus, statuimus primò definitionem istam esse essentialem; adeoq; rationem illam, quæ non esse accidentalem probabat, concedimus. Vbi autē ex adversa parte efficientē per effectum hic definiri instabatur, infringetur hoc telum, si definitio hoc modo, Demonstratio est Syllogismus efficiens scientiam; sed isto vel statuatur, vel explicetur, Demonstratio est Syllogismus ordinatus ad scientiam. Quòd autem idem respectu eiusdem causam esse & effectum sit absonū; si hoc diverso respectu (quemadmodum in præsentia) fiat, negamus: Est enim finis in intentione causa & effectus in executione. Deniq; ut ad ultimā & validissimā argumenti partem respondeamus, dicimus licèt in aliis rebus secùs accidat, instrumentorum tamen (cuiusmodi est demonstratio) essentiam & naturam fine consistere: unde instrumenta fine suo definiri, tū [a] Zabarella affirmat, tum etiam [b] Arist. Quò etiam specialiter [c] axioma, Finis constituit essentiam.

a Lib. de constit. scientiæ naturalis, cap. 32. col. 93. lit. B.
b 2. de Anima, text. 8. item 4. Meteor. cap. ultimo.
c 1. Oecon. cap. 1.

OBIECTIO.

Genus cuiusq; rei analogiam & similitudinem cum

t ac potentia obtinet: atqui syllogismus est forma de-
strationis: non erit ergò eius genus.

SOLVTIO.

Syllogismus Zabarellæ quidem idiomate forma com- Zab. in com. ad
nis est demonstrationis: qui ob id syllogismum, utut ge- 1. Post. text. 8.
is locum teneat, propriè tamen demonstrationis genus
esse, sed per quandam similitudinem asserit. Cui ut
largiamur, non tam propria esse intentionum, quàm
m genera: simpliciter tamen eas à proprietate generis
udi, credo mens Zabarellæ non erat. Quorsum ergò
vnus, demonstrationis genus minùs proprium esse, quàm
rum notionum? Quòd autē Syllogismus communis for-
demonstrationis ab illo appelletur, impropria ipsius lo-
o est: nec aliter obtinebit, quàm syllogismum impropriè
endo pro parte sua formali tantùm, modo scil. & figura.

CAP. 2.

De secunda definitione demonstrationis petita à materia.

Lteram definitionem demonstrationis (mu-
tuando illius genus, Syllogismum, è priore defi-
one) è text 9. 1. Post. ita extruimus, Demonstratio
Syllogismus constans ex veris, primis, immediatis, noti-
us, prioribus, & causis conclusionis. Quâ definitione
ditiones omnes, quibus principia demonstra-
is constrŭi debent, sigillatim enumerantur.
um nos cum a Zabarella, b Pacio, & aliis a in com. ad l. 1.
ses duas constituimus: ut priores duæ princi- Post. text. 9.
abſolutè, adeóq; in natura sua spectatis; tres b in com. ad §.
teriores iisdem comparatè & ad conclusio- 6. cap. 2. lib. 1.
n relatis competant. Post.
equiritur 1°, ut sint *vera*, non veritate tantùm
s sumptâ, prout quācunq; conformitatē inter

ſubjectum & prædicatum ſignificat; ſed veritate *auguſtius* acceptâ, pro illa ſpecie veritatis, quæ *neceſſitas* dicitur: ita ut tum probabilia, *Topica*; tum apparentia, *Sophiſtica*, hinc planè arceantur.

Secundò, ut ſint *prima* & *immediata*: hæc enim duo ſegregari non debent, aut in plures conditiones diſtrahi, vt quæ non re, ſed ratione diſtinguuntur. *Prima* dicuntur per negationem prioris, *immediata* per negationem medii: Atq; horum duorum ſi admittatur unum, admittitur alterum; ſi excludatur unum, excluduntur ambo: quia per interpoſitionem medii, & ejus cum utroq; propoſitionis termino complicationem, duæ aliæ naturâ priores propoſitiones, per quas illa demonſtrari poteſt, oriuntur. Itaq; ea cùm non caruerit medio, neq; vacabit priore; & vice verſâ. Ad ulteriorem autem hujus conditionis declarationé, notandum *primò*

Zab. in com. ad text. 9. 1. Poſt.

Propoſitionē *immediatam* dici vel immediatione

Subiecti; nempe in qua nullum aliud intercedit ſubjectū, per quod prædicatum ſubjecto, de quo affirmatur, conveniat. Sed quia hæc immediatio reperienda non extra concluſionem, utpote quæ ſola ſubjectum cum paſſione conjungit, inſtituto noſtro non inſerviet.

Cauſæ, nempe, in qua inter prædicatum & ſubjectum nulla media at cauſa, per quam demonſtrari poſſit: atq; hoc ſenſu intelligendum, *præmiſſas eſſe immediatas*.

Porrò & illud advertendum eſt, principia demonſtrationis non ſemper, imò rariſſimè *ſimpliciter* prima eſſe; itaq; prima *in ſuo genere*, ſive in ſua par-

cul-

lari scientia, accipi debere.

Verùm hîc dubitari potest, quo pacto utraque *Dubium.*
æmissarum *prima* dici possit, & *immediata*: cùm
cidentia per alia accidentia sæpe in demonstra-
one concludantur: quales demonstrationes mi-
orem propositionem mediatam ac demonstrabi-
m habent, utpote in quibus prædicatur accidens
oprium de subjecto: imò cùm inter omnes illas
monstrationes in elementis *Euclideis* confectas,
x ulla ultra primum ternionem ex utrâq; pro-
sitione immediatâ constans reperiri possit?

Vt hoc dubium amoveamus, adeoq; conditi- *Solutio.*
em istam adhuc manifestiùs aperiamus, dicimus
bilissimum illum quidem esse demonstrandi mo
m, ubi propositio utraq; prima sit atq; immedi-
a. Sed quia illud rarò accidit (putà tum solùm,
ando medium cùm efficiens passionis est, tum
am materia vel forma subjecti:) itaq; vel statu-
dum est, istam conditionem majori tantùm pro-
sitioni adhibendam, quam semper immediatam *Zab. l. 1. de med.*
e necesse est, nisi velimus ex causa remota de- *demon. cap. 17*
onstrationem potissimam confici; vel dicendum *col. 560. lit. F.*
am quoq; minorem in quavis demonstratione
mam & immediatam quodammodò dici posse:
; *primò*, quia ut anteà demonstrata, & principij *Ibid. c. 18.*
ionem assecuta, in demonstratione ponitur: *se-*
dò, quia in actu primam & immediatam resolvi
otest & debet: atq; eo nomine si non *formalem*,
tualem tamen immediationem habet. Et hinc est
òd *Arist. 1. Top. cap. 1. §. 4 Demonstrationem*, dicit,
stare ex veris & primis, vel saltem ex huiusmodi, quæ
ibusdam veris & primis sui cognitionis principium
pserunt.

Tertia conditio est, ut sint *notiora.* Notiora in-

terpretamur tum *priùs* nota, tum etiam *magis* n
ta: utraq; ex sententia *Arist.* qui hanc conditio
per duo vocabula, προγινωσκόμενα, & etiam γνωριμ
ex exprimit. Præmissas *priùs* notas esse *naturâ* co
clusione, nemo potest dubitare, qui cognovit e
esse causas conclusionis. Omnis enim causa effec
suo uti prior est *naturâ*, ita prior etiam *cogniti*
illa quæ est secundùm naturam. Vtrùm sint pri
* *L. 2. sect. 1. cap. 12.* notæ *tempore*, * inferiùs ex professo sumus d
quisituri. *Magis* notas esse cùm duobus itidem m
dis intelligi possit, quoad *naturam* & quoad n
1. *Post. text. 12.* (quam distinctionem philosophus ipse nobis m
nistravit) nos priori modo accipiemus. *Demonstr*
tio enim (quemadmodũ ex *Themistio* observavit P
cius) *ad mensuram ingenii nostri se non submittit, sed re*
tenet ad veritatem viam; nec quid ipsi possumus cons
rans, in solam rei naturam incumbit.

Quarta conditio est, ut sint *priora*. Vbi non e
cur quispiam *Arist.* nugationis & tautologiæ in
mulet, quòd *primitatem*, & *prioritatem* distinctas pri
cipiorum conditiones assignet: cùm quà *prima*,
pra se suspiciant propositiones priores, quas no
habent; sed quà *priora*, infra se despiciant conclu
onem. Priora verò sunt conclusione, non tam q
propositiones sunt; quàm ratione medii termi
qui cùm sit causa majoris extremi (puta passioni
meritò prior illo dicitur: non quidem *tempore* (h
enim modo simul esse passionem cum efficiente,
2. *Post. text. 90.* statum reliquit philosophus) sed *naturâ*; cùm
causa effectus, non ex effectu causa pendeat.

Quin

Quinta, ut sint *causæ conclusionis.*

- Primò, modo *communi*, quo in demonstratione, sicut in aliis omnibus syllogismis, sunt ei causæ *illationis.* *Zab. l. 4. de Method. c. 3. col. 279. lit. C.*
- Secundò, modo *particulari*, idque tum
  - Vt sunt integræ enuntiationes: ita sunt ei causæ *cognoscendi.*
  - Vt medium terminum obtinent: ita sunt causæ *essendi*, quoniam medius terminus est essentialis causa majoris extremi.

missę autē demonstrane sunt cau cōclusionis liciter:

Etiamsi definitio ista hoc modo explicata, satis perspicua, non tamen ei tanta perspicuitas obt, ut nulli objectioni ministraret materiam: nam enim conditionem non nemo ita impe-

OBIECT.

Ex falsis verum concludi potest, aiente Arist. 2. Prior. .2. §. 2. *obsignante etiam* 8. Top. cap. 11. §. 14. *Ergò necesse est, si conclusio demonstrationis vera sit, præmissas statim veras esse: Et tamen philosophus non aliter one particulam istam confirmat, quàm à veritate conionis veritatem præmissarum inferendo. Deinde demstrationis illa species, quam* Arist. *demonstrationem mpossibili appellat, ex falsis verum concludit, uti noest: ergò particula ista, ut* constet ex veris, *à definie demonstrationis arceri debet.*

SOL.

Prioris partis huius argumenti acies, quæ fundamentum

tum partim in assertione, partim in ratione Arist. h
Zab. ad text. 10. facilè retundetur, si dicamus: verum demonstrat
l. 1. Post. col. 6 & 7 ratione materiæ necessariæ, circa quam versatur de
lit. E. stratio, non nisi ex veris colligi; sed syllogisticè is
formæ, quomodò loco illo allato accipitur, ex falsis
inferri posse. Posteriori parti satisfiet, si consider
definitionem istam demonstrationi illi imperfectæ,
pe, ab effectu non communicari; multò minùs demon
tioni illi impropriæ, nempe, ducenti ad impossibile,
competere.

Adversus secundam conditionem instari it
rest.

OBIECT.

Est una tantùm prima propositio: (nā quod per s
abundantiam dicitur, uni soli convenit.) Ergò vel
est demonstratio, in quam hæc definitio quadrabit, qu
absurdum; vel eliminanda erit à definitione demon
tionis hæc etiam particula, ut constet ex primis.

SOL.

Pro solutione huius obiectionis resumendum est,
antea diximus in explicatione huius particulæ,

Primum sumi 2er. { Pro eo, quod omnibus simpliciter prius. / Pro eo, quo nihil est prius in sua entia.

posteriori hoc sensu (licet non priori) quò minùs plura
ma dici possint, nihil impedit.

TR

TRACTATVS DE DEMONSTRATIONE, LIB. 2.

In quo essentia Demonstrationis in genere fusiùs declaratur per suas causas.

SECT. I.

De causa Materiali Demonstrationis.

CAP. I.

De materia Demonstrationis ex qua, remota: ubi de subiecto, causa, & propriâ passione.

HActenus in demonstrationis explicanda definitione versati sumus: pergemus iam, ut eam perfectè cognoscamus, & causas cuiusq; generis investigemus. Atq; *efficientem* causam demonstratio (quemadmodum & omnes secundę notiones) non habet aliam quàm intellectum. *Materialis* demonstrationis causa cùm triplex sit, *in qua*, *ex qua*, *circa quam*; adeoq; cùm prima illa sit idem intellectus cum humano, utramq; hanc causam *efficientem* & *materialem*

terialem, ad libros de anima relegabimus; a
ad materiam illam *ex qua* constat, & unde ext
demonstratio, accedemus. Ea autē cùm duple
remota, ut termini; & *propinqua*, ut propositio
auspicandū à priori ducimus. Terminos auter
monstrationis primò quidem *liberos* sine di
tione syllogistica: posteà in ordinem *coactos*, &
illa dispositione considerabimus. Priori n
sunt, *subiectum*, *propria passio*, *causa*: Ari
ὑποκείμενον, πάθος, ἀρχή. *Subiectum*, illud est, de
Passio, quod: *Causa*, sive *Principium*, per quo
monstratur. Qui quidem numerus, observante
barellâ, ex ipsa contemplativarum scientiarum
tura & scopo habet originem. In illis & *ignotu*
quod datur, cujus notitia disquiritur; & aliqui
tum, quo in ignoti illius cognitionem deducim
tandem aliquod *tertium*, quod utriq; subster

1. de 3. præcog. c. 1.

Quoniā autē termini isti in *se* considerati,
lis disquisitione dignis implicantur difficultati
in *affectionibus* autem suis multùm controve
tur: operæ pretium erit ad affectiones istas sive
juncta nos convertere. Ex autem duæ sunt,
cognitio, & *Quæstio*. *Præcognitionem* cum term
ipsis conjungemus: primùm in *numero*; poste
applicatione, quoad *numerum*.

CAP. 2.
De Præcognitionum & Præcognitorum numero.

PRæcognitio generali nomine *nihil est aliud*, q
cognitio quædam sensus vel intellectus, quæ per
monstrationem proprie non acquiritur, nec acquiri p
sed per se ordinatur ad scientiam aliquam acquiren

- *Sensitiva*, quæ est notitia sensus, omnem intellectivam antecedens: præcognitionem *præparantem* dicunt.
- *Intellectiva*, quæ etiam 2ex, vel
  - *Terminorum*: hanc *dirigentem* vocant.
  - *Præmissarum*, quam *agentem* seu *efficientem* vulgò appellant.

l ergò advertendum, de præcognitione *di-*
non *agente*, nedum *præparante*: de præcog-
complexis, non *complexis*; de præcognitis,
nte ingressum demonstrationis, non quæ *in*
su demonstrationis præcognoscuntur, nos
s: deniq; (nam omnia hæc eôdem spectant)
cognitione *terminorum* respectu *totius demon-*
tis, non de præcognitione *præmissarum* respe-
nclusionis, instituimus tractatum. Est autem
modi præcognitio duplex:

- *Quid sit*, eaq; vel
  - Quid *nominis*, in vocis significatione.
  - Quid *rei*, in naturæ definitione.
- *Quòd sit*, estq; 2ex
  - *Simplex*, ut quòd sit in rerum natura extra intellectum.
  - *Complexa*, ut quòd sit tale, sive quòd verum sit.

cognita autē tria sunt, *Subiectum*, *Passio*, & *Prin-*
. *Principium*, inquam, non tam *cognoscendi*,
axioma, seu *dignitas* est; quàm *essendi* & *cognos-*
quod est *medium*: tametsi ipsum medium ter-
m alii è numero præcognitorum prorsus ex-
nt; alii non *directè*, sed *reductivè* admittant:

Nos

Nos ab utrisq; dissentimus.

Hæc nos de præcognitorum, præcognitio que numero *positivè*: videamus, quid ab alii his possit.

OBIECT.

Nulla quæstio est præcognitio, cùm quærere & cere non cohabitent: atqui an sit, (*cui respondet* sit) *&* quid sit *inter quæsita enumerantur: M tur statuuntur præcogni iones.*

SOLVTIO 1ª.

Quòd sit, & quid sit *spectantur habitâ ratione vel ad partem doctrinæ*

- Scientificam, *in qua* demonstrationes potissim ciuntur: *ita sunt* pr nitiones.
- Præparatoriam, *in q discentis animus prep ut demonstrationes pos valeat apprehendere: i* quæstiones.

SOLVTIO 2ª.

Sed aliter huic argumento potest satisfieri, nemp camus, an sit, *sive* quòd sit, *respectu affectionis, eam inesse subiecto significat*, quæstionem esse, at *ctu subiecti*, præcognitionem. *Alii dum relatu conclusionem* quæri, *relatum ad principium* pr noscì *aiunt, verbis solùm, non re à nobis dissident. ad alteram illam præcognitionem, putà* quid sit, a *dicendum quid* nominis *præcognitionem esse; qu quæstionem. Atq; ita concludendum, comparatio verborum idem & quæstionem esse posse, & præco uem.*

OBIECTIO.

Præcognitio & præcognitum habent se, ut denomi & denominativum; ut concretum, & abstractum

modis dicitur unum, tot modis dicitur & alterum: consequenter æqualis erit præcognitorum & præcognitionum numerus.

SOLVTIO,

Vt huic nodo cuneum aptemus, notandum

cognita sumi { Formaliter *ut pro concreto, quod à præcognitione formaliter aeducitur.*
esse 2 or, { Materialiter, *pro rebus substratis, quæ præcognita denominantur.*

Formaliter quidem tot sunt præcognita, quot præcognitiones, & vice versâ: materialiter *non item: hoc est, si* subiecta *præcognitionis, præcognita ipsa spectemus*, substantiam, causam, & affectionem, *tres sunt præcognita: si* species *vel* modos *præcognitionis, quibus hæc cognoscuntur, tot sunt, quot superiùs enumerantur.*

CAP. 3.

De præcognitionum applicatione, & primò de præcognitionibus Subiecti.

ABsoluto iam modorum præcognoscendi, & terminorum præcognoscendorum numero, quum est, ut præcognitionum applicationem prediamur.

In Subjecti præcognitionibus *assignandis* huc inter omnes convenit, Subiectum utroq; modum *quid sit*, tum *quòd sit*, præcognosci: in istis dicandis, non adeò consentiũt: nec sanè mirum, in earum utraq; suâ, eâq; non levi urgeatur difficultate. De priore enim meritò dubitari potest, num quid *rei*, an verò quid *nominis* tantùm necesse sit de subiecto præcognoscere? Nos rẽ, quàm possumus,

possumus, paucissimis expediemus. Et, ut ini
certa ab incertis secernamus, si de tota aliqua
entia loquamur, præcognosci debere essentiale
subjecti definitionem, & ab omnibus concedi
& ab *Arist.* ponitur. 6. *Metaph. c.* 1. Quòd si de u
quapiam demonstratione fiat sermo, aliqui,
[a] *Dominicus Soto*, [b] *Faventinus*, [c] *Ioannes Sanch*
[d] *Petrella*, aliiq;, sub duce [e] *Caietano*, ad propositã
bitationem respondent, *quid rei* etiam præcogn
ci de subjecto debere. Sed opposita sententia
communior, ita verior censeri debet: idq; pr
quia *Arist.* non dicit, præcognoscendum esse *quid*
sed *quid significet:* munus autẽ significãdi nõ ad
sed vocẽ pertinere, nemo ignorat. Interponunt
hoc loco adversariæ sententiæ authores, & dicu
Arist. uno nomine duplicem istam, prænotione
tum *quid rei*, tum *quid nominis*, brevitatis causã
tellexisse: ita scil. ut & de subjecto & de passio
quid sit præcognoscatur: non quidem eodem mo
sed secundùm debitã proportionẽ. *Subiectum* en
quia realis definitionis capax est, secundùm *essen*
am suam: *passionem* verò, quia nominalem tantu
definitionem subire potest, secundùm *significatio*
nominis præcognosci debere statuunt. Sed hæc
sponsio multùm vacillat. Si. e. *Arist.* brevitatis e
vocem istam unam adhibuisset, sub qua & *quid re*
quid nominis complecti vellet, quidni dixisset *quid*
non *quid significet*, cùm & illud æquè paucis fiat
ita duo ista membra commodiùs indicãsset? N
enim dicimus, *quid significet* vel esse *quid rei*, vel
nominis; sed *quid sit*. Et illud vanum est, quòd
cunt, passionem non nisi *nominaliter* definiri po
solam autem substantiam *essentialiter*. Quæram
nim ego: definitio illa passionis, quæ è demo
stratio

a *Quæst.* 1. *de præcog. in sol.* 3. *argum.*
b *Theor.* 3.
c *Quæst.* 86. *concluſ.* 9.
d *Log. disp. l.* 5. *cap.* 8.
e *In com. ad* 2. *text.* 1. *Post.*
Zab. l de 3. *præcog. cap.* 2.

ratione jam confecta colligitur,& ab eâ solo ter-
minorum situ differt, estne *nominalis*, an *essentialis*?
si *essentialem* dixerint, redarguam contradictio-
nis: si *nominalem*, inferam eam debere ante demō-
strationem præcognosci: & consequenter nihil
per demonstrationem cognosci, quod non sit cog-
nitum priùs, quo nihil absurdius. Sed de definitio-
ne accidentis *essentiali* & *nominali* consulatur *Zaba-
lla de Methodis l. 4. cap. 14.*

Secundò, Astrologi multas proprias passiones de
corporibus cœlestibus, ut *eclipsin de luna*, & alias de-
monstrant: qui tamen internam cœli naturam
nec inquirunt, nec cognoscunt. Quarè subjecti es-
sentiam ante demonstrationem cognitam habere,
planè est supervacuum. Adversarij autem con-
trarium ita contendunt.

OBIECT.

*Medium demonstrationis ante demonstrationem præ-
sci debet; illud autem medium definitio subiecti est:
unde etiam ante demonstrationem definitionem subiecti
supponi necesse est.*

SOL.

*Sunt, qui in hoc argumento diluendo, dicunt medium
terminum non ante* demonstrationem totam, *sed an-
te* solam conclusionem *præcognosci: adeoq; maiorem
illam expressè negant. Sed quia à nobis* * *antea innueba-
tur, medium etiam ante ingressum demonstrationis præ-
cognosci, propterea in istâ solutione non acquiescemus. Alij
opponentes præcognitiones istas ab* Arist. *traditas, ante
quamlibet potissimam demonstrationem haberi debere: atq;
contrarios videntes, in multis demonstrationibus (putà
in iis solùm, in quibus secunda passio per primam conclu-
ditur, sed iis etiam omnibus, quæ à finali causa petuntur)
medium non esse de subiecti essentia: respondent, cùm nec*

* *Cap. 2. huius sect. pag. 13.*

P. B. 45. *univer-*

E.

universale, nec necessarium sit, medium terminum ess
definitionem subjecti, *rationi repugnare, ut eo nomi*
secundùm realem quidditatem præcognosci dicatur. A
deniq; cùm pro certo sciant, non subiecti totam essenti
am, *sed* alteram *tantùm eius* partem *medij termini lo*
cum obtinere: & cùm arbitrentur, nisi tota definitio ess
tialis præcognoscatur, non præcognosci quid rei; *ideò s*
cui respondent: idq; si partialem definitionem subiecti in
telligant adversary, concedendo conclusionem; sin totale
& omnibus numeris absolutam, minorem negando. Eg
verò ad rationis istius solutionem audentiùs, quàm illi om
nes, dicam. subiecti definitionem per se & quatenus tale
non modò non in omni, *sed ne quidem in* ulla *demonstra*
tione medium terminum esse: idq; non de perfecta *tan*
tùm, sed de imperfecta *etiam definitione intelligendum*
Definitionem autem illam, quam principium demonstrati
onis esse passim docet Arist. in Analyt. *non* minoris *se*
majoris *extremi esse constanter statuo: pluribus etiam*
confirmaturus, cùm paulò * *inferiùs de medio demonstra*
tionis dicendum occurrerit.

* *Cap. 7 huius sect.*

Secunda præcognitio subjecti est, *quòd sit.* Ea au
tem à diversis diversimodè exponi solet. Sunt, qui
non *actualem* existentiam requiri, sed *potentialem* tã
tùm, per quam quod nec fuit, nec futurum est, mo
dò repugnantiam non habeat existendi, sufficere
asserunt: ita [a] *Soto*, & alii. Alii verò *actualem* ex
istentiam desiderant; non quidẽ quam *semper in se*
sed quam *in suis causis*, adeóq; *statutis suis temporib*
habet: ita [b] *Caietanus*, & ferè omnes recentiores
Nos unicâ distinctione rem absolvemus:

[a] *Quæst. 1. sup. l. 1. Post. resp. ad 3. arg.*

[b] *In com. ad text. 2. l. 1. Post.*

Scientia considerat, vel { *Simpliciter & abstractè*, prout est in *se*, in *naturâ* suâ. / *Subiectivè & compositè*, prout habetur à *nobis*, *modo* quodã *concretu*

Atq

Atq; duplicem istam scientiæ rationem à nobis
onstitui necesse est; quandoquidem ipsa *in se*, *na-*
rá, *essentiáq;* suâ aliter observatur, quàm in *subiecto*,
enui infirmóq; homine, in quo reperitur. Nam se-
undùm *naturalem* suam *conditionem* spectatâ, nihil
lienum in ea est, & nihil *suum* in ea non est: atqui
n *subiecto* suo considerata multum habet humanæ
nfirmitatis sibi admistum. Vt hæc ad præsens insti-
utum accommodemus, statuimus scientiam sub
osteriori consideratione, *actualem* subjecti existen-
iam requirere: sub priori nō item. Quorū utrum-
que facilè confirmari potest. Scientia enim *quoad*
ntrinsecam suam rationem perpetua est, & circa ob-
ectum necessarium ac perpetuum versari debet:
ctualis autem existentia nec semper, nec necessa-
iò, sed modo quodam contingenti inest. Scientia
amen, *ut à nobis habetur*, ad imperfectum cognitio-
is nostræ modum, quæ ortum habet à sensu, &
onsequenter existentiam rei desiderat, determi-
atur: Hinc illud *Arist. defectum sensus sequitur defe-* 1. *Post text.* 134
ctus scientiæ. Interim hoc loco observandum, hoc à
obis de illa scientia asseri, quæ per *inventionem*
cquiritur, non quæ per *disciplinam* comparatur: ad
anc enim subjectum actu jam existere non re-
uiritur; sed aliquando extitisse sufficit.

OBIECT.

De subiecto quæritur an sit, *non ergò* quòd sit præ-
cognoscitur. *Antecedens stabilitur ex* Arist. *Neq; enim*
ici potest quæstionem [illegible] *non de subiecto, sed de passione* 2. *Post text.* 2.
xcitari: nam philosophus ipse exemplum in ea propo-
ens, quærimus, *inquit*, an sit Deus, necne. *Itaq; subi-*
antiam ille, & non accidens huius quæstionis obiectum
esse voluit.

SOL.

Solvimus obiectionem istam duobus modis. Primò colendo distinctionem illam * superiùs allatam, & dicendo, in parte quidem doctrinæ præparatoriâ quæri an subiectum: in scientifica verò illud supponi debere. Secundò concedendo, quòd subiectum quandoq; nec sit cognitum, nec ex terminis manifestum esse possit. Nec sententiæ nostræ quicquam officit: cùm nos statuamus quidem simpliciter & quandocunq;, sed ante demonstrationem, in qua proprium de subiecto concluditur, habendam de eo esse præcognitionem, quòd sit.

* Cap. 2. huius Sect. pag. 14.

CAP. 4.

De præcognitione Passionis & Principij: ubi & de Principio complexo.

PAssioni unicam præcognitionem, nempe, quæ nominis largiuntur unanimiter interpretes, quòd hoc saltem modo eam præcognosci necesse sit, inde liquet: quia qui nomen accidentis nescit, nihil potest demõstrare. Porrò quòd hoc solo modo præcognoscatur, ex eo manifestum est, quoniam ejus tum essentia, tum existentia per demonstrationem investigatur & cognoscitur. Quare illam ante demonstrationem habere, nihil aliud est, quàm demonstrationem omnem frustraneam atq; inutilem reddere. Demonstrationem intelligo potissimam, quam solam præcognitiones destinantur: illa verò quæ ab effectu ad causam procedit, excludo. Quis enim ignorat philosophos primos ex comprehensione eclipseos lunaris per sensum, in comprehensionem causæ deveniisse: & sic ante notitiam illius causæ præcognovisse, eclipsin esse?

OBIECT.

eritas horum, quæ diximus, his argumentis tentari po-
Primò, rationem illam de subiecto *superius usurpa- * pag. 17.
ad præsens institutum transferendo. Medium in de-
stratione est definitio realis passionis: medium verò
demonstrationem præcognoscitur: quare & realis de-
io, hoc est, quid rei, de passione supponi debet.

SOL.

espond. medium etsi sit in ipsa demonstratione, ante
n ingressum demonstrationis non esse, vel saltem non
noscì esse passionis definitionem: adeóq; etsi præcog-
ipsum ante demonstrationem asseramus, sub hac ta-
ratione, sive cum hac relatione præcognosci nega-
Ipsa enim quæstio propter quid per demonstra-
m ipsam terminatur.

OBIECT.

llud præcognoscendum est esse, cuius causa per demon-
ionem investigatur. Frustra enim quæritur propter
n causam subiecto insit affectio, nisi inesse supponа-
cùm hic sit ordo inter quæstiones, ut prior semper re-
u posterioris sit præcognitio. Quare cum cognosca-
psum propter quid passionis per demonstrationem,
osterum est ipsum quòd sit non præcognosci de ea
demonstrationem.

SOL.

esp. etsi cognitio quòd sit naturâ antecedat illam
pter quid sit, non tamen semper tempore præce- 2. Post. text. 39.
id quod Arist. ipse apertissimè docet: Quandoque
it, scientes quòd sit, quærimus propter quid:
rdum etiam simul hęc manifesta fiunt: & ta-
nunquam priùs cognosci potest propter
sit, quàm quòd sit. Atq; hinc sit, ut simul per
nstrationem potissimam de novo cognoscatur, tum
nem inesse, tum propter quam causam insit.

Principio demonſtrationis, putà *medio*, cu
utroque illius extremo, *ſubiecto* & *paſſione*, comm
ne eſt in hoc, quòd *habenda ſit de eo ſemper præcog
tio quid nominis*; in eo verò cum *ſubiecto ſolo* conv
nit, quòd *illius præcognoſcitur exiſtentia*, *quòd ſ*
quamvis in hoc ab illo diſcrepat: ſubiectum q
ſit præcognoſcitur *ſemper*, medium duntaxat
quando. *Prior* aſſertionis pars patet, quia aliter te
mini formaliter demonſtrationem ingredien
non intelligerentur. *Poſterioris* partis veritas n
gari non poteſt, quoties propoſitio compoſita
ſubiecto & medio demonſtrationis ſit per ſe no
Zab. l. de 3. præcog. cap. 4. col. 506. litt. D. E. F
Iſtam verò præcognitionem univerſaliter ei n
largimur: tum quia propoſitionem illam per
notam eſſe non ſemper evenit; tum quòd aliqu
do, licèt non à *priori*, à *poſteriori* tamen medi
demonſtrari poteſt.

Atq; hæc de præcognitis dixiſſe ſufficeret,
non de *principio complexo* aliquod dicendum ſup
eſſe videretur, aliorum potiùs exemplo, quàm n
* Cap. 2. huius ſect. pag. 13.
ſtro inſtituto: quippe qui * ſuperiùs diximus
ſimplicibus tantùm terminis præcognoſcendis, n
de *complexis* nos acturos. Aut ergò *principii* vo
bulum ſumi poteſt pro generali propoſitio
quam *principium commune*, vulgò ἀξίωμα, ſeu *dig
tem* appellamus: aut pro præmiſſis demonſtra
nis, quæ *propriorum principiorum* nomine inno
cunt. Sub priori acceptione, præcognoſci pri
pia fatemur ante *demonſtrationem*, ut quæ fu
menta ſunt propriorum, & ab omnibus cog
cuntur. Sed propterea tamen non ſtatuimus
iuſmodi principium unum è tribus præcogniti
entiæ demonſtrativæ, quòd illi non *proximè*
remotè tantùm inſerviat: quippe quod demon
tio

nem non ingreditur, ut * alibi fusiùs declaravi- * Cap. 10. huius
s. Si posteriori modo accipiatur *principii* no- sect.
n pro præmissis demonstrationis, nec hoc sen-
censebitur è numero trium præcognitorum:
a non *necesse est*, ut præcognoscatur toti *demon-*
tioni (quod ad tria illa requiritur;) sed sufficit,
n progressu demonstrationis sit præcognitum
clusioni. Dico non *necesse est*, quia licet in a-
ua demonstratione, (ut in qua accidens propri-
de subiecto per aliud accidens concluditur)
nor sit anteà demonstrata, & proinde *demon-*
tioni ipsi sit præcognita: tamen hoc non adeò
uiritur: quia satis est, ad producendam conclu-
nem, si *ipsi* tantùm præcognoscatur. Sed qua-
us hoc intelligi debeat, *principia præcognita esse*
clusioni, * infra declarabitur, ubi ad ventilatio- * Cap. 12. huius
n illius quæstionis accedemus, an *Conclusio in*
monstratione simul tempore cognoscatur cum præ-
is?

Obiectio.

Arist. *inter præcognita enumeranda, principium com-* Lib. 1. Post.
cum seu dignitatem *assumit: atq;* ex gr. *generale il-* text. 2.
axioma Metaphysicum, De quolibet verum est
affirmare aut negare: *incomplexum verò princi-*
pii, seu medium *planè reticet, nec ei ullam præcogni-*
tionem assignat. Ergò dignitas *in præcognitorum nume-*
ro admitti debet; medium *aut prorsus exulare, aut si*
quoëat, sub illius umbra delitescere: quod tamen sen-
tentiæ nostræ ex diametro repugnat.

Solutio.

Resp. *argumentationem istam ductam ab instantiâ &* in com. sup.
exemplo Arist. *infirmam esse: propterea quòd (quē-* 1. Post. text. 2.
admodum à Zabarella *&* Crellio *accipio) non adducun-*
tur triangulam, unitas, *& modò allatum* axioma, *tan-*

quam partium demonſtrationis vel eiuſdem, vel etiam [illegible] *verſarum exempla; ſed indiſtinctè ſolum proponuntur.* [illegible] *duplex iſte præcognoſcendi modus quoquo modo eluce*[illegible] *Favent autē huic reſponſioni, ſicut & ſuperiori aſſerti*[illegible] *cium alia multa, tum illud inprimis, quòd axioma illud* [illegible] *tatum nullam omnino demonſtrationem ingredi poſſit,* [illegible] *propterea tanquam pars demonſtrationis aſſignari* [illegible] *potuerit. Quare ego ſententiæ meæ etiamnum con*[illegible] *ſcil. non tam* dignitatem, *quàm* medium *tertium* [illegible] *cognitum ſtatui debere.*

CAP. V.

De altera terminorum affectione, ſcilicet quæſtione.

QVæſtio & *cognitio* quamvis ſibi invicèm oppo[illegible] nantur (quod enim quis *novit*, fruſtra put[illegible] *quærere:*) omnis tamen quæſtio ad cognitione[illegible] ordinatur ut ad finem, (quærimus enim eo fi[illegible] ut cognoſcamus) eſtq; propter illam. Quocir[illegible] de prima terminorum demonſtrationis affecti[illegible] ne, viz. *præcognitione* finito ſermone, occurrit alte[illegible] nempe *quæſtio*, proximo loco conſideranda. V[illegible] non eſt, ut ἀμεθόδως, & præpoſterè de his egiſſe co[illegible] ſeamur, quòd *quæſtionē præcognitioni* poſtpoſuim[illegible] quæ naturâ antecedit. Fecimus *exemplo* ipſius [illegible] riſt. qui de *præcognitione* in primo primi, de *quæſ*[illegible] *ne* in primo cāpite libri ſecundi *Poſt.* egit. Fe[illegible] mus etiam adducti *ratione*, quia omnis præco[illegible] nitio præcedit potiſſimum illud quæſtionis [illegible] nus, *propter quid*: Quod ſatis eſſe poteſt ad tuc[illegible] dam methodum, quam ſecuti ſumus. De quæſti[illegible] one autem ipſâ quæſtio occurrit agitanda, ſcil.

An sint quatuor quæstionum genera?

uem titulum non ad illarum *numerum* restrin-
gemus sed ad *scopum* & *ordinem* earundem de-
ndum dilatabimus. *Numerum* quidem earum
ponit *Arist.* 2. *Post. cap.* 1. dum alias *simplices*
tituit, nempe, *an sit*, & *quid sit*: *complexas* alias,
, *quod*, & *cur* sive *propter quid* sit. Quem nu-
um quæsitorum videtur à numero scitorum
gere: ita enim orditur, *Quæ quæruntur*, *tot*
ero sunt, *quot sunt ea quæ scimus*. Vbi non est
illis subscribamus, qui *sciendi* vocem propriè,
ut definiebatur, 1. *Post. text.* 7. hoc loco sumi
nt: sed in eorum potiùs sententiam eamus,
eo nomine quamlibet certam cognitionem, e-
a earum rerum, quarum non est demõstratio,
lligunt. Sed cùm multa quærere possumus,
non scimus, ut *stellarum*, *arenarum numerũ*, &
smodi: & rursus cùm alia sunt, quæ scimus, nec
rimus, ut *prima principia*: dubiũ hinc oriri potest,
rè *Arist.* per scitorum numerum quæstionum
nerum investigat: & tam laxè liberéq; pro-
ciat, *tot esse quæsita*, *quot scita?* Vt amoveamus
c obicem, distinguimus in quęsitis & scitis in-
formam & *materiam*: in ista *res ipsas*, *quas*; in illa
os, *quibus* vel scimus vel quærimus, respicien-
Atq; hæc distinctio utrique dubitationis parti
urret. Non enim refert, utrùm *res* ipsæ plures
pauciores sint, quæ quæruntur, an quæ sciun-
cùm ipsi *modi* & quærendi & sciendi æquales
. Sicut enim *problema* & *conclusio* idem sunt re-
: ita *quæsita* & *scita*, dum ad idem referantur.
de & rationem illam, quæ ab *Arist.* 1. *Top. cap.* 4.
ad probandũ *problemata* & *propositiones dialecti-*

Zab. in com. ad 2. Post. text. 1. col. 1036. litt. C.D.E.

cas eiusdem numeri esse adducitur, huc accom
dare possumus: *quia sunt eadem re & subiecto, s*
modo discrepant. Non ergò inconsultè ex nume
scitorum quæstionum numerum petit Philo
phus.

Quæstio ergò omnis, ut antè ex *Arist.* adnotavimus, duplex est,

- *Simplex*, rei unius simplicis. Hæc iterum duplex est
  - 1 *An sit*, quæ q rit rei *existe*
  - 2 *Quid sit*, quæ *essentiam* in stigat.
- *Complexa*, integrarum propositionum. Estq; etiam duplex
  - 3 *Quòd*, τῦ ὅτι, q quærit, utru prædicatũ s iecto insit.
  - 4 *Cur*, seu *pro quid*, τῦ διὰ τί quirit, quam causam præ catum subie insit.

Dubium hinc oriri potest, quarè non eâd ratione *quid sit* duas *quæstiones* constituat, q duas *præcognitiones* anteà constituebat: atq; numerus quæstionum ad quinque excresc Ad hoc dubium solvendum dicimus cum *Zabar.* quinque esse modos cognoscendi certo & imm tabili ordine dispositos: 1. *quid nomen significet*, *quid nominis*. 2. *an res sit*. 3. *quid sit, seu quid rei*. 4. *tale sit*. 5. *propter quid tale sit*. Horum omnium m dorum inter se hic est respectus, quòd quilibet p

Zab. com. ad text. 2. l. 1. Post. pl. 629. lit. D. E & initio col.

cede

ens respectu sequentis *præcognitio*, & quilibet
uens respectu præcedentis dicitur *quæstio*.
na enim est omnis quæstio, quam nulla
cognitio præcedit, quum omnis doctrina fiat
præcedenti cognitione. Hinc fit, ut cognitio
nificationis *nominis* nunquam sit quæstio, sed
per præcognitio, quia nulla eam alia præcog-
o præcedit: *propter quid* verò nunquam sit præ-
nitio, sed semper quęstio, quia nulla eam se-
tur alia quęstio. Hinc fit, quod *Arist. initio l. 2.*
. de quæstionibus loquens, non præcognitio-
us, *quid nominis* omittit: *lib. 1.* verò *text. 2.* de præ-
nitionibus agens, non quæstionibus, *propter*
d planè reticet; *utrobiq;* observans eundem nu-
rum præcognitionum & quæstionum.

opus
rum
æ-
onú
plex
t,

- *Communis*, qui convenit omnibus, estque *causam* quærere. Quęritur verò causa vel
  - *Confusè, implicitè, & potestate*: Ita *an sit*, & *quid sit* quærunt causam. Quærentes enim *an sit*, sive *quòd sit*, quærimus, an sit aliqua causa ipsius: & quando invenimus rem esse, invenimus aliquam causam quâ est: nam omne quod est, habet aliquam causam sui esse. Sed his modis causa *actu* non cognoscitur, sed *potestate* tantùm.
  - *Explicitè, distinctè, & actu*: Ita in quæstionibus illis *quòd sit*, & *propter quid*, causa quæritur. Cùm enim *quid sit homo*,

mo, quæritur, causa i
us esse simplicis, i. c
per quam homo
quæritur: nam qu
tur definitio explic
essentiam hominis:
sentia verò cuiusq
rei est illi causa, ut
In quæstione *prop*
quid, res est aperti
quàm ut explicatio
egeat.

Proprius, atq; is est, ut *simplices* quæ
ones, *an* & *quid sit*, tum substantias, t
accidentia, licèt magis principaliter s
stantias quærãt. Sicut enim quæri pote
an homo sit, & *quid* sit: sic etiam *an* & *q*
eclipsis sit. *Complexæ*, *quòd* & *cur sit*, circ
sola accidentia versãtur: in iis enim inh
rentia accidentis in subiecto quæritur.

Ordo quæstionum proponendarum is est, ut
sit præponatur ipsi *quid sit*: neq; ignorans *an sit* p
test scire *quid sit*. Atq; illud solet ex ipso *Ar*
optimè colligi, qui in quæstione *an sit* exempla p
nens, *an sit*, inquit, *Centaurus vel Deus*: sed ad qu
stionem *quid sit* accedens, Centaurum omittit,
quid sit, ait, *Deus aut homo*: ut intelligamus *an sit* n
de ente modò, sed & de non ente quæri poss
quid sit verò tantùm de ente. Si quis hîc objici
vacuum, *infinitum*, & hujusmodi in *Physiologia* de
niri, quæ tamen in rerum natura non esse, eadc
Physiologia tradit: respondemus, non *reales* illas, s
nominales definitiones esse; adeóq; tales, quæ qu
stioni *quid sit*, nunquam satisfaciant: cùm ha
quæsti

stio non in *vocis significatione*, sed in *naturæ ratione* consistat. Et qualem *an sit* ad *quid sit*, dem *quòd sit* ad *cur sit* habet rationem.

OBIECT.

ontra numerum quæstionum ita potest argui. Datur stio quomodò, *secundùm* Arist. 4. Phys. text. 1. o. item 2. de gen. & corrupt. text. 1. *Est quaternarius iste numerus insufficiens.*

SOL.

esp. quæstionem quomodò, *varias subire acceptio- semper tamen pro aliqua ex quatuor quæstionibus hoc enumeratis sumi. Et ut locis illis allatis sigillatim sa- ciamus: dicimus, in primis duobus, quæstionem quo- dò reduci debere ad quæstionem* an sit; *in ultimo, ad* d sit.

OBIECT.

Quatuor sunt problemata, sive quatuor quæstiones Di- icæ, generis, definitionis, proprii, accidentis, *ndùm philosophum*, 1. Top. cap. 4. §. 2. *qui insuper* ibi *, nullam præter illas*: hîc *nullam præter has quæsti- oriri posse. Quarè vel dicendum, has quæstiones ab distinctas esse, & tunc sequetur neq; hic, neq; illic suf- ntem esse quæstionum enumerationem, quod adversa- Arist. vel easdem esse quæstiones has & illas, quod re- at* ratione: *cùm hæ* scientiales, *illæ* dialecticæ *ap- ntur.*

SOL.

dem nos huic telo, quod post Averroëm, Zabarella, Crellius, *scutum opponimus: asserendo, diversas esse stiones* scientiales à Dialecticis; *& proinde u- q; quæstionum enumerationem, tum hanc in* Post. *illam in* Topicis *plenam in suo genere esse & suffi- em. Porrò discrepantiam earum in hoc constare fa- us, quòd hæ* rerum *sunt, & sciendi gratiâ; illæ in-* Com. in 2. Post. text. 3.

tenti-

tentionum, & disputationis *ergô proponuntur. Q*
vis enim Dialecticus *ac* Demonstrator *& in sec*
notionibus, & in rebus ambo versentur, hoc tamen h
discriminis: quòd hic *notiones animi ad res dirigit*
ijs incipit, ut in his desinat; ille *è contrà res ad no*
dirigit, & à rebus incipiens desinit in nominibus. De
strator *quærit, quodnam sit hominis genus, ut co*
hominem esse animal: Dialecticus *an homo sit a*
quærit, ut cognoscat, quodnam sit hominis genus.

Zab. ibid.

OBIECT.

Contra Scopum *quæstionum obijci potest,* Arist.
stionem propter quid *ad substantias compositas sæ*
plicare: non est ergò verum, propter quid *de solis*
dentibus quæri.

7. Metaph. text. 59. & 60. & alibi.

SOL.

Propter quid *sumitur dupliciter,*

- Propriè & strictè, *pro quæsito*
  quo quæritur, quænam sit pri
  demonstrabilis *causa: quam*
  ceptionem nos hoc loco usurpa
- Impropriè & latè, *pro omni q*
  causam rei quærente, etiam
  res demonstrabilis non sit
  proinde neq; huiusmodi causa
  monstrationis medium esse pos
  hoc sensu usus est Arist. *prædicto*

CAP. 6.

De medio termino quæstio proponitur & discutitur

TErminis demonstrationem ingredien
huc usq; liberè & citra ordinem consider
restat, ut eosdem jam in eam dispositionem s
gisticam, quam in demonstratione obtinent, c
mus: quod quidem non est factu difficile. In o
enim demonstratione διότι, quin & aliqua

ri, *maior* extremitas passio est, *minor* subjectū, us terminus causa: licèt in illa demonstratio- uæ ab effectu procedit, affectio & causa com- ent locos: hæc enim major extremitas, illa ium evadit. Sed de duabus extremitatibus ni- oud Interpretes controvertitur: De medio termino potissimæ demonstrationis duæ so- graviſſimæ lites excitari. Quum enim *Arist. in* demonstrationis medium quandoq; causam, ndoq; definitionem esse dicat, dubitari non in- à potest, *quotuplex sit illa causa, & cuius sit ista defi-* ? Nos à priori controversia auspicati ad secun- dilabemur, quærentes primò,

n medium potissimæ demonstrationis dari possit in omni genere causæ?

Affirmativam quæstionis partem ab ipso *Arist.* manifestè traditam, etsi obscurè explicatā am- timur: neq; quisquam est, qui hactenus refra- r. Nam quòd *Petrella* solam causam formalem onstrationis *potissimæ* medium esse posse as- , id ex eo provenit, quoniam juxta illius opini- m (quam tamen nos ut erroneam * suo loco tabimus) demonstratio *propter quid* & *potissima* nini convertibiles non sunt, sed species dis- tæ ejusdem generis. Et apud illum ipsum onfessò est, medium in demonstratione *propter* , prout illa cōmunis est ad potissimā & non po- mā, ex omni genere causæ peti posse. Quarè in *ali assertione* nulla lucta est, nullum dissidium: t cardo totius controversiæ in *modo*, secundùm n quodlibet genus causę demonstrationem in- liatur, rite declarando positus videtur. Sed nec adhuc distrahuntur interpretes: nam de *effici-* & *finali* (si *efficiens* non per *transmutationem*, aut

2. *Post. text.* 48.

* *infrà lib.* 3. *cap.* 3.

Log. disp. lib. 7. *cap.* 13.

veram

veram actionem, sed per *emanationem* intelli-
eáq; sive *interna* sive *externa*, modò *proxima*, pr-
lis, & *coeva* effectui sit: & si *finis* non pro
& *remoto*, sed *particulari* & *propinquo*; eóq; non
sed *ultimo*, aut saltem *præcipuo*, imo eo qui simul
tempore cum effectu est, sumatur) nunquam
bitatum, quin propriè possint medii termi-
demonstratione *finis* vices obtinere. Sed ho-
in quo etiamnum rixantur viri multi doctiss-
in quo nobis est laborandum, ut expediatur:
modò locus iste *materiæ* & *formæ* competat.

8. *Metaph. text.* 12. cùm affectionis materia sit subjectum ipsum:
jectum verò nunquam medius terminus, sed
mor extremitas semper sit: Rursus cùm affecti-
forma propriè sumpta sit ejus essentia: & co-
quenter si ea medium esset, petitio principij
idémq; per seipsum demonstraretur; verisimi-
hæc duo causarum genera exterminari è de-
stratione debere. Ea propter *Zabarella lib. 2. de*

Log. Isag. parte prop. lib. 1. cap. 11. fol. 333. 334. *dio demonstrationis cap. 6.* (cui & adhæret *Cr-*
impropriam quandam *formæ* & *materiæ* ac-
tionem excogitavit: *formam*, dicens, eatenus m-
um esse in demonstratione, quatenus non
vulgarem vocabuli usum pro altera parte co-
siti; sed magis peregrinâ acceptione pro defi-
ne sumitur: adeóq; hoc sensu quamcunq; cau-
sive ea *efficiens* sit, sive *materialis*, sive *finalis*, *for-*
causæ appellationem subire; omnémq; de-
strationem, quæ earum ullam complectitur,
mali causa petitam dici posse. Porrò *materiam*
ctionis statuens, non *propriè* sumptam, quo-
est (ut diximus) subjectum ipsum: sed *impropri-*
tà vel pro natura subjecti, (*materiam* dico &
vel pro accidente aliquo inseparabiliter na-
sub-

jecti consequente usurpatam; ingredi demon-
tionem. Atq; ad hujus opinionis suæ confir-
tionem *Arist.* in medium adducit. Is enim etsi
ato capite omnes causas sigillatim enumeret, e-
imq; quamlibet medium esse posse dicat: postea
nen ad idem exemplis declarandum accedens,
forma separatim nihil profert, sed trium reli-
arum instantias proponit: idq; non aliâ ratio-
, quàm quia censuit per unamquamq; harum
monstrare, esse demonstrare per formam. Porrò
ist. porositatem vitri tanquam materialem cau-
n transmissionis luminis è lucerna, & gravita-
m lapidis tanquam materialem causam motus
orsum eodem capite attulit: cùm tamen, nisi ma-
ia (sensu suprà allato) pro aliquo, quod subjecto
itum est, & ab eo inseparabile, sumatur, nec po-
itas transmissionis luminis, nec gravitas motus
orsum materialis causa dici queat. Sed hâc opi-
one & *scopo Arist.* & *rationi* videtur *Zabarella* re-
gnare. *Scopo Arist.* quorsum enim is causas om-
s sigillatim enumerat, si earum aliquæ non ut à
teris distinctæ, sed ut cæteras significantes de-
onstrationem ingrediantur? *Rationi*: cùm enim
cat *Zabarella* (a) formam esse medium, quatenus
nificat materiam, & reliquas causas: & rursus
) materiam esse medium, quatenus significat
rmam; & augere videtur difficultatem, & lecto-
m ludere. Deinde cùm ipsa *materialis* causa, vel
) ipso testante, non nisi impropriè sumpta me-
um esse possit, quo pacto (quod tamen vult *Za-*
rella) causa *formalis* eo nomine in demonstrati-
nem admittetur, quòd *materialem* aliquando sig-
ficet? Has, aliasq; multas difficultates cùm su-
neat hæc sententia (ut clarè docet *Petrella*, nos

a *Lib. 2. de med. dem. cap. 6. col. 590. lit. F.*
b *ibid. col. 592. lit. E.*
c *ibid. col. 591. lit. E.*

Log. disp. lib. 1. cap. 12.

cum eodem *Petrella* & **Ludovico Meda* statuimus causas *materialem* & *formalem*, non ut ad affectionem referuntur; sed quæ subjecto ita se habent, ut ejus sint vel *materia* vel *forma*, medium esse in demonstratione: Ab his enim multæ emanant proprietates de subjecto demonstrabiles. *Forme* non est cur immoremur, cùm eam plurimarum affectionum proximam & principalem causam nemo negavit unquam. Sed nec de *materia* est dubitandum: Sive enim pro *sensibili* sumatur, eâq; *rerum sublunarium*, ea causa est corporibus, ut (*a*) *patiantur*, ut (*b*) *mutuò patiantur*, ut *sint* (*c*) *obnoxia contingentiæ*, (*d*) *defatigationi*, (*e*) *corruptioni*: sive pro materia *sensibili corporum cœlestium* accipiatur, diffitendum non est illi proprietates aliquas acceptas referri debere, ut quòd *cœlum moveatur circulariter*, quòd *habeat motum naturalem*, & hujusmodi: sive denique; de materia *intelligibili Mathematicorum* loquamur, eam à demonstratione non prorsus exulare ipsa instantia (*f*) *Arist.* de *recto angulo in semicirculo* planè confirmat. His ita positis & confirmatis reliquum est, ut illam Aristotelicæ authoritatis larvam *Zabarellæ* detrahamus. Quod quidem non est adeò difficile, ut pluribus agi debeat. nam quòd Philosophus exemplis in causa formali ponendis supersederet, id non illâ ratione factum, quòd de ea in tribus reliquis facta sit mentio: sed quoniam eam in demonstratione medium esse posse, satis in superioribus declarâsset. Addo quòd si ideò formam omisisset, quoniam ea cum cæteris coincideret, pari ratione & de materia tacuisset, cùm illa haud secus ac forma pro alia causa judicio *Zabarellæ* sumatur. Ad instantias *Arist.* quod attinet in causa materiali datus quarum

* *com. in 2. Post. cap. 6 fol. 137. & 139.*

a 9. *Metaph. text. 2.*
b 1. *de gen. & corr. text. 43. 53*
c 2. *de gen. & corr. text. 57.*
d 9. *Metaph. text. 17,*
e 7. *Metaph. text. 22.*
f 2. *Post. text. 49.*

uarum ſanitatem *Zabarella* nullo alio remedio, quàm diſtinctionis ſuæ emplaſtro conſervari oſſe autumat, dicimus cum (a) *Pacio*, utrumque xemplum ſumi non tam ex *Ariſt.* quàm aliorum ntentiâ. Et de priore inſtantia fatetur ipſe (b) *Zarella*, poroſitatem ut cauſam tranſmiſſionis lumis è lucerna, ſatis pingui *Minervâ* ab *Ariſt.* proerri, ſcil. ex quorundam antiquorum opinione. Nilergò exempla hæc *Ariſt.* ſententiæ noſtræ obſiunt. Quamobrem ut rem totam ſummatim olligamus, & verbo claudamus: Si *affectionem* (u- neceſſe eſt) ſpectemus, quęcunq; cauſa ingredir demonſtrationem, perpetuò vel *efficiens* eſt, vel *nis*: quæ tamen ad *ſubiectum* (ut obliquè poteſt) elata, vel *materialis* eſſe poteſt, vel *formalis*. Sunt ique *materia* & *forma* impropriè media, non quòd npropriâ ſignificatione ſumantur, ut voluit *Zarella*: ſed quòd impropriam & alienam conſideionem ſubeant. Non enim in demonſtratione, uatenus *materia* & *forma* ſubjecti, ſed prout affeionum *effectrices* cauſæ ſunt, ſpectantur. Atque oc ut magis illuſtretur, his oppoſitis argumentis pugnamus.

a *Com. in 2. l. Poſt. cap. 11. §. 8*
b *L. 2. de med. dem. cap. 7. col. 599. lit. C.*

Obiectio.

(a) *Medium eſt cauſa* propter quàm *res* eſt. (b) *Materia ſubiecti eſt cauſa, ut res poſſit* non eſſe: *arè cauſa materialis etiam pro ſubiecti materia ſumta è demonſtratione eliminari debet. Neq. enim dici poſt eſſe cauſa* ſubjecto, *ut poſſit non eſſe, &* affectioni, *terim ut ſit: quia deſtructo ſubiecto, neceſſariò deſtruitur, quæcunq; ei ineſt, affectio.*

a *1. Poſt. text. 7.*
b *1. de cæl. text. 136.*

Solvtio.

Sed facilimè hoc argumentum tollitur: vel ſi dicamus, teriam eſſe cauſam corruptibilitatis in ſolis individuis;

species verò, quæ primarium sunt propriarum pass... subiectum, per continuam generationem semper t... vari, & incorruptibiles permanere: Vel si respond... etsi materia sit causa substantiis, ut possint non esse, ... sam tamen esse, ut ipsis semper insint aliquæ proprie... non quidem simpliciter, sed quamdiu ipsæ sint subj... tiæ.

OBIECTIO.

Causa materialis nullam proprietatem demonstrat... quam ergò est medium. Antecedens inde probatur, ... cùm eadem specie materia sit in rebus diversis specie... quid ab ipsa emanat, pluribus etiam speciebus com... cari necesse est: id quod propriæ passionis naturæ plan... pugnat.

SOLVTIO.

Resp. proprietates à materia fluere, perq; ipsam ... monstrari quasdam, ut ad particularem quampiam ... mam ordinatur, putà vel lapidis, vel plantæ: ... citra controversiam ad plures species non dilatantur. ... ab illa fluunt in communi, & ut indifferens est ad ... formas: atq; istæ etiam licèt pluribus speciebus comp... incommunicabiles tamen vrrè dici possunt: cùm sp... illæ à primo & adæquato subiecto, corpore naturali, ... reipsâ distinctæ, sed illi subordinatæ sunt.

CAP. 7.

In quo alia de medio termino quæstio proponitur, & discutitur.

PRiore circa medium demonstrationis conversiâ determinatâ, restat, ut proximo loco quiramus,

An medium in demonstratione sit definitio maioris, an verò minoris extremi?

VBi si rei ipsius difficultatem ex sententiarum varietate metiremur, necesse nobis foret oneri si succumbere, nec ullum tantæ litis exitum spe- re. *Zabarella* (qui tamen profitetur celebrio- s tantùm opiniones se proposuisse) tot videtur rca hanc rem dicendi modos reeensuisse, ut plu- s vix excogitare quidem quisquam possit. Me- um enim definitionem minoris tantùm extremi le, *Scotus* & *Thomas*, eorumque utrinq; assecl æ; ajoris tantùm, *Ægidius*; utriusq; semper, *Tomita-* ; neutrius unquam, *Baldvinus*; semper & per se ajoris, aliquando & per accidens minoris, ipse *Zabarella* asserit. Cujus sententiæ, ut verissimæ, os primò *explicandæ*, deinde *confirmandæ*, posteà *ndicandæ* insistemus. *Lib.1 de med. dem.cap.1. & seqq.* * *ibid.cap.10.*

Et initio quidem ad ipsius *explicationem* præno- nda est definitionis illa divisio, quam Philoso- us ipse tum insinuavit. 1.*Post.text.*64. tum etiam plicavit. 2.*Post text.*44.*& seqq.*

Defi- tio t tri- ex,

- ὀνομαστὸν, seu *nominalis*, quæ scil. accidentis genus, vel nomen saltem notius cum subjecto complectitur: ut *eclipsis est privatio luminis lunæ*; *tonitru est sonus in nubibus*. Atq; hæc est demonstrationis conclusio: ut *Arist text.*45. 2.*Post.* docet, & *Zabarella lib.*4 *de meth.cap.*15. *Arist.* explicat.
- λογικὸν, seu *essentialis*, quæ ex genere constat, & differentiâ, ut *homo est animal rationale*;

rationale : atque hanc vel ejus saltē partem primariam intellexerunt i qui definitionem subjecti medium d monstrationis volebant esse.

διτιώδης, sive *causalis*, nempe in qua c affectionis proxima collocatur:

Eaq; est vel

Perfecta, utpote quæ non ex *sa* modò proxima, sed ge etiam & *subiecto* constatur; *eclipsis est privatio luminis in propter interpositionē terræ.* A hęc est ipsa tota demonst tio, sitiq; tantùm termi rum ab ea differt : quod loco ostendetur.

Imperfecta, putà quā sola c proxima mgreditur : ut *bile est rationale, eclipsis est positio terræ inter solem & l* Atq; hæc est, quam nos medio demonstrationis tuimus.

Deinde advertendum; quòd cùm *Zabarella*, nos cum illo dicamus, medium *per accidens* esse finitionem seu causam minoris extremi, illud ci cipi debere non respectu *terminorū* (rationale e *per se* definitionē esse & causā hominis, quis s negaret?) sed respectu *demonstrationis*, eò quòd in ea rarò contingat, prætereq; ejus consilium

Explicatā hoc modo nostrā tententiā, sequitur ad eandem *muniendam, stabiliendāq;* accedamus: cùm ipsa assertio duabus partibus constet, duo seremus. Primū; *Medii in omni demonstratione ris extremi seu affectionis semper & per se*: Alterū;

is seu subiecti rarò & per accidens definitionem esse.
rius assertum evincemus: primò *authoritate*, eâq;
pertissimâ *Arist.* qui propositâ *eclipsis* de luna de- 2.*Post. text.*41.
monstratione, subdit medium terminum, putà *inter-*
positionem terræ, definitionem esse alterius extremi:
t in his, inquit, *est definitio* τοῦ α, hoc est, eclipseos.
Nec est quod illa verba [*in his*] nos commove-
nt, ac si velit non ita esse in *aliis*. Tradere ibi
ebet præcepta universalia; ideò [*in his*] dicens,
ntelligit in his demonstrationibus, quæ *propter*
uid declarant, quales toto penè illo cap. ab aliis,
uæ *quòd sit* notificant tantùm, distinguit. Porrò
pud eundem philosophũ locus clarior est, quàm 2.*Post. text.*97.
t possint ei nebulę offundi: nam disertis verbis *me-*
ium, ait, *esse definitionem primi extremi: idcirco omnes*
ientiæ (.i. omnis cognitio demonstrativa) *per defi-*
itionem comparantur. Accedit *ratio* non minùs vali-
a, quàm varia: Nos unam tantùm adducemus, Il-
us definitio seu causa (has enim in hac contro-
ersia voces ut synonymas libet usurpare: cùm &
os non aliam definitionem intelligamus, quàm
ausalem; & *Arist. idem esse* dicat, *nosse quid & prop-* 2.*Post. text.* 6.
r quid) illius, inquam, definitio seu causa medi-
m est in demonstratione, cuius per demonstratio-
em scientia investigatur: (scire enim est rem per
usam cognoscere:) Atqui affectio semper quæ-
tur, eiusque scientia in omni demonstratione
aditur: Ergò velimus, nolimus, fateamur
ecesse est, ejus quoq; definitionem pro medio
mper accipi. *Posterius* membrum assertionis
oc argumento optimè confirmabitur. Nam cùm
inoris extremi seu *subiecti* cognitionem demon-
ratio non intendat, sed solius *affectionis*: sequitur,
biecti quoq; causam seu definitionem, si adhibea-

 tur,

tur, certè præter ejus consilium ac scopum, hoc e
per accidens adhiberi. *Secundò*, instantiæ potiss
rum demonstrationum, quæ apud *Arist.* frequen
sunt, idem comprobant. Is enim *casum foliorum*
arboribus per humoris congelationem, graduale incre
tum luminis de luna per globositatem, de eadem ecl
per terræ interpositionem, tonitru de nubibus per igni
tinctionem, non scintillationem de planetis per eorum
citatem demonstrat: quæ causæ omnes non subie
sed *affectionis* definitionem ingrediuntur. *Tertiò*,
cidentia aliqua per causam *externam*, alia per
nam demonstrantur: Si ab *externa*, eâ puta qu
cò à subjecto dissita est, pendeant, perq; eam
monstrentur, verum indubitatè est, subjecti de
tionem medium nunquam esse: cùm nihil sub
cto essentiale dici queat, quod eidem externum,
loco ab eo sit distinctum. Quæ *internam* caus
per quam ostendantur habent, plæraq; ita subj
naturam consequuntur, ut ab alio accidente p
ximè emanent. Quarè pauca admodùm rema
ad quorum probationem definitio subjecti pro
dio sumi debet. Huic, ut & secundo argumento
spondent *Scoti*, *Thomæq*, sectarii, demonstratio
illas omnes, tum quæ ab *Arist.* in gratiam ex
plorum ministrantur, tum etiam quæcunq; ab
terna causa, quin & *interna* ea, quæ forma subj
non est, petuntur, non pro potissimis, sed pro le
di tantùm gradus demonstrationibus agnosci
bere. Sed hæc responsio his argumentis retu
tur. *Primò*, illa demonstratio est potissima appel
da, quæ perfectam rei scientiam tradit (Instrum
ta enim ex fine judicantur.) Atqui demonstra
illa *eclipseos per obiectionem terræ*, quemadmodu
reliquæ ejusdem generis, plenam perfectam q

fectio

ctionis scientiam generat, cùm post τὸ ὅτι de-
ratum, nihil de ea sciri ulteriùs, nihil prætereà
æri dubitarive queat; adeóq; cùm nihil ullâ de-
onstratione ampliùs, quàm hâc demonstretur:
hil ergò prohibet, quo minùs eam potissimam
dicamus, & habeamus. *Secundò*, quæ demonstra-
o in præstantissimam rei definitionem converti-
r, ea etiam est potissima: est enim finis ultimus
primarius demonstrationis cognitio τοῦ τί ἐστι,
uæ ex ejus in definitionem transmutatione ori-
r: Sed ex demonstratione illâ citatâ præstantis-
ma definitio *eclipseos* emergit, cùm ex genere pro-
io, subjecto adæquato, & causa proxima constet:
it igitur & ipsa demonstratio potissima. *Tertiò*,
mma levitas est ignis propria passio, déq; eo con-
quenter potissimè demonstrabilis. Ea verò è for-
a ignis proximè non emanat (unde nec per eam
emonstratur) sed ab alio accidente, putà summâ
enuitate raritatéq; partium: & raritas ea rursus à
mmo calore: calor autem ille à forma ignis im-
ediatè provenit, ut & consideranti manifestum
t, & à philosophis omnibus asseritur, qui secun-
as qualitates à primis oriri docent. Erit itaque
otissima aliqua demonstratio, quæ formam sub-
cti non assumit. *Quarto*, minorem propositionem
a potissimâ demonstratione non est necessarium
sse immediatam: ergò hujus conditionis defe-
tus (quem tamen *Scotistæ* summoperè increpant)
uò minùs demonstrationes per causam externam
it aliud accidens progredientes, potissimæ ap-
ellentur, non impediet. *Antecedens* ex eo confir-
atur, quòd præmissæ non alià ratione dicuntur
mediatæ, nisi quia medius terminus est *immediata*
proxima causa majoris extremi, quod in conclu-

Zab. l. 1 de med. dem. cap. 17. col. 561. lit. A. B. C.

sione

sione prædicatur: unde necesse est immedi-
esse *maiorem* propositionem, quia si illa fuerit
diata, adhibita non est causa proxima; *min*
non item. In minore enim medium cum subje
copulatur: at in demonstratione non sumitur
dium propter *minus*, sed propter *maius* tantùm
tremum: Ideò an medium sit proximum et
subjecto, ita ut nihil intercedat, id ad demonstr
onis scopum & naturam nihil pertinet: ac prox
efficere non potest, ut vel potissima, vel non
tissima sit demonstratio. *Porrò* illud dicere om
solent, usum potissimæ demonstrationis in mat
maticis frequentissimum esse: quod tamen m
mè verum est, si eam solam potissimam dica
quæ utramq; propositionem immediatam ob
net: cùm in tota *Euclidis Geometria* non nisi d
aut tres ejus generis reperiri queant. Quid er
dicet aliquis, nihilne vis præstare illam, quæ utr
huic, quæ *alteram tantùm* præmissarum habet
mediatam? nihil illam, quæ omnes propositio
summè necessarias, supra hanc quæ duas tant
tales continet, eminere? nihil, inquam, minùs. M
jorem ei *nobilitatem* concedimus, non majore
usum. Et sicut clavis non aurata ignobilior est in
ratâ, & tamen ad claudendum aperiendúmq; n
minùs idonea; ita demonstratio illa ob condi
nem hanc adjectam, *dignitatem* aliquam præ alt
sortitur, præstantiorem *scientiam* non parit.

Vid. pag. 7.

Ibid. col. 563. lit. A.

Quæ cùm ita sint, nil reliquum est aliud, qui
ut sententiam hanc nostram sic *explicatam* & co
matam ab adversariorum argumentis *vindicem*
Illi verò ita instant.

OBJECT.

Si medium sit definitio affectionis, committitur in
monstrati

nſtratione petitio principii: nam cùm definitio & finitum idem ſint, & idem hoc pacto per ſeipſum de-nſtrabitur, & minor etiam propoſitio, in qua de ſubie-medium prædicatur æquè ignotum erit, ac concluſio, in a de eodem affectio dicitur.

SOLVTIO.

Reſp. argumentum illud de eſſentiali affectionis defi-tione aliquam, de cauſali verò imperfecta nullam ha-re efficaciam: Medium enim definitio (ut diximus) uſalis eſt. In ipſo tamen demonſtrandi actu non ut defi-nitio ſumitur, ſed ut cauſa: quare neq; idem eſt, nec ſu-itur ut idem cum affectione.

OBIECTIO.

Scientia, quæ per demonſtrationem queritur, eſt (dicen- 1. Poſt. text. 7.
Ariſt.) rei cognitio per cauſam propter quam es eſt: atqui per omnia cauſarum genera diſcurrendo, llam invenimus, quæ dici queat cauſa propter quam es eſt, præter formam ſolam. Medium igitur erit ſemper auſa formalis: & cùm affectionis forma eſſe nequeat, accidens enim formalem cauſam à ſe diverſam non ha-et) conſequenter forma ſubiecti erit.

SOL.

Vt hanc obiectionem diluamus, dicimus, ſi de cauſa uidem ſubjecti loqueremur, veram fuiſſe illam argumē-ationē. Nulla enim cauſa compoſiti, cauſa propter quā es eſt, propriè dici poteſt, præter unam formam. Cùm au-em cauſa ab Ariſt. ſumatur non quidem reſpectu ſubje-cti, ſed affectionis, alia planè ratio eſt. Cauſa enim prop-er quam ipſum accidens eſſe dicitur, eſt efficiens, quam ſæpius aliud accidens, quàm ſubiecti formam eſſe, anteà * declaravimus. * Pag. 40.

CAP. 8.

CAP. 8.

De materia proxima demonstrationis: adeoq; de principiis essendi & cognoscendi.

REmotâ demonstrationis materiâ, cui diu ja[illegible] explicandæ immorati sumus, dimissâ, mat[illegible]am ejusdem *proximam* & propositiones nunc [illegible]gredimur. Eæ autem sunt vel *principia*, vel *princi[illegible]tum*, scil: *conclusio*. De principijs agentes non v[illegible]bimur nobis præsentis instituti rationem tra[illegible]gredi, si non de præmissis modò demonstration[illegible] quæ *principia* vulgariter dici consueverunt; sed [illegible] omnibus etiam principiis *complexis*, *primis*, *comm[illegible]busq;*, & *proprijs*, sive demonstrationem formali[illegible] ingrediantur, sive ei extrinsecus inserviant, serm[illegible]nem aliquem faciamus: hoc enim nec prorsus [illegible]mitti debuit, nec alibi commodè inseri potuit.

Et primùm circa illam non vulgarem min[illegible] quàm generalem principiorum divisionem in [illegible]*sendi* & *cognoscendi*, quæ philosophi latiniores, re[illegible] *cognitionis* principia, græci eleganter γενέσεως καὶ γ[illegible]σεως appellant, attingenda est quæstio illa, quæ v[illegible]gò agitari solet,

An eadem sint principia essendi & cognoscendi?

QVem nodum uno aut altero theoremate [illegible]cilè dissolvemus. *Primò* illud certum est, e[illegible]tráq; omnem controversiam positum, si *essendi* [illegible] *cognoscendi* principia secundùm rationes suas for[illegible]males spectemus, perpetuò ea inter se dissentir[illegible]

Ne[illegible]

ec enim ullum principium *essendi* sub eâ ratione,
est, quà tale est, principium est *cognoscendi*, nec vi-
versâ: cùm sint membra opposita ejusdem di-
sionis. Quarè hoc est, quod quæritur, an talis e-
um nexus sit & reciprocatio, adeóq; an ita se in-
em ubiq; comitentur, ut quicquid alterutrum
, idem utrumq; sit, & quicquid principium *cog-
endi* est, idem (licèt sub diversa ratione, respectu
men ejusdem principiati) sit *essendi* principium?
q; *secundò*, animadvertendum, principium *cogno-
di* esse cognitionis vel *distinctæ* & *perfectæ*, vel
fusæ & *imperfectæ*. *Prius*, si *incomplexum* sit, est si-
ul *essendi* principium: Hinc rectè *Arist. Scire*, in- * *Lib. 1. Post. text. 7.*
it, *est rem per causam cognoscere*. Causæ namque
ia causatorum suorum essentiam constituunt,
eò cognitionem etiam eorundem distinctam pa-
unt: quod non in accidentibus modò ratione *ef-
tricium*; sed & in substantijs ratione *formalium* &
terialium causarum veritatem obtinet. Inde vul-
o dicitur *unde se res habet, ut sit, inde etiam habere, ut
gnoscatur*. Si verò *complexum* sit, non est simul prin
pium essendi: Causæ enim rerum sunt *res*, non
positiones. Nam quod ab omnibus dici solet, præ-
missas in demonstratione causas esse conclusionis,
on ut *cognoscatur* solùm, sed etiam ut *sit*; id non ita
ccipiendum est, ac si integræ illæ enunciationes
ssent *essendi* causæ, sed quòd medius terminus in
æmissis sit affectionis in conclusione causa, e-
usq; constituat essentiam, ut* suprà declaravimus. * *Lib. 1. cap. 2. pag. 9.*
osterius autem illud principium, *cognitionis* scil. *con-
se*, sive *complexum*, sive *incomplexum* sit, nunquam
st simul essendi principium: sic enim causata
incipia sunt suas causas *cognoscendi*, quibus tamen
a largiri *essentiam*, nemo dixerit. Quarè ut rem

totam

totam in summam colligamus: *Omnia essendi principia sunt etiam cognoscendi; sed non è converso.*

CAP. 9.

De principiis primis, & à primis ortis.

HÆc ad clariorem generalis illius principiorum divisionis intelligentiam dicta voluimus. Nunc principia *cognoscendi* (nam de *essendi* principiis, quæ sunt incomplexa, adeóq; à nobis * antea inter terminos demonstrationis tractata, nihil dicturi sumus ulterius) ita distribui solent.

* pag. 22.

- *Principia* sunt vel
  - *Prima & communissima*, quæ apud omnes disciplinas omnes sunt recepta, cujusmodi generis est *Metaphysicum* illud, *impossibile est idem simul esse & non esse*, de quo ab *Arist. lib. 4. Metaph. text.* diserte tractatur.
  - *A primis orta*, quæ rursus sunt vel
    - *Communia*, non quidem omnibus, at pluribus disciplinis, ut est illud *Arithmeticæ Geometriæ*: *Si ab æqualibus, æqualia demas, ea quæ remanent sunt æqualia.*
    - *Vni propria*, ut illud *Physicum*: *Ex nihilo nihil fit.*

Et circa *prima* quidem principia, celebris est quæstio jam discutienda,

An primorum principiorum cognitio insit à naturâ?

Vi dubitationi ansam præbuit communis ille loquendi modus, cùm aliis è veteribus, tum ip- iam *Arist.* qui prima principia δυνάμεις συμφύτας, ...ρια φυσικὰ, καταλήψεις φυσικὰς soliti sunt appel- . Vt obsoletum illum Platonicorum errorem ...seamus, qui non habitum modò principiorum, & scientiam omnem, quamvis ad tempus laten , unà tamen nobiscum nasci asserebant, è ...traria parte militat schola Peripatetica, princi- ...um cognitionem nobis non connasci: idque ...n sine authoritate *Arist.* qui 2. *Post. text.* 105. *nec* ...nt, inquit, *definiti habitus* (i. principiorũ) *nec fiunt* ...liis *habitibus notioribus*. Sed evincitur porrò eadẽ ...rtio ratione: *Primò*, ea sola largitur homini na- ..., quæ ad essendum operandúmq; simpliciter ... necessaria: quæ verò ad meliùs, faciliùs, com- ...diúsq; operandum requiruntur, ea omnia pro- ...â industriâ, proprióq; labore comparanda relin- ...t: Sed principiorum intellectus non est sim- ...iter ad operandum circa prima principia ne- ...arius, sed sufficit potentia intellectiva spe- ...bus informata: non est ergò principiorum ...itus à natura insitus. *Secundò*, quæ naturâ ...nt, ea per usum aut exercitium operandi ...n intenduntur: (non enim potentia visiva ...assidua videndi consuetudine perfectionem ...m acquirit) Intellectum autem per con- ...uum usum assentiendi primis principiis fa- ...orem reddi, experientiâ notum est: ergò habitus

habitus ille qui ad ea inclinat, non est naturalis, si non innatus nobis sit, sed acquisitus principiorum habitus, quâ ratione, quo instrumento comparatur? Hac in re explicanda non desunt, qui ut principiis assentiamur, solam terminorum extremorúmq; cognitionem requiri statuunt. Nos tamen ea non nisi per experimentum in singularibus innotescere asserimus: quod multis in locis perspicuè ab *Arist.* traditur. Nam 2. *Prior.* c. 23. §. 1. *Omnia*, inquit, *aut syllogismo aut inductione probamus*. Et 1. *Post. text.* 134. *Fieri non potest, ut universalia percipiantur, nisi per inductionem*: per universalia propositiones universales intelligit, quæ inductione vel *immediatè*, vel saltem *mediatè* nobis cognosci. Et 1. *Metaph. cap.* 1. *Per experientiam artis scientia hominibus proveniunt*. Et 2. *Post. text.* 106. *Nosse esse est ipsa prima* (nempe principia) *inductione cognoscere*. Et apertissimè, 1. *Prior. cap.* 30. §. 3. *Quorum cuiusq; principia tradere experientiæ est: ex gr. Astrologica experientia Astrologiæ principia suppeditat: sumptis enim & longo usu observatis iis quæ apparent, tum demum inventæ sunt Astrologorum demonstrationes: quod idem in qualicunq; alia sive arte, sive scientia eodem modo habet.* Hoc ratione etiam dilucidè constat, quia cùm naturaliter non fiat transitus ab uno *extremo* in alterum, nisi per *medium*; fieri non potest, ut homines consueto naturæ modo assentiantur principiis, antequàm eorum habeant experientiam in plærisq; singularibus. Nam inter judicium unius singularis propositionis, & judicium universalis principii, medium est experimentum. Etenim judicium *singularis* propositionis uni tantùm singulari addictum est: judicium verò *universalis* ad infinita diffunditur: at *experimentum*

Fonseca com. ad lib. 1. Metaph. cap. 1 quæst. 4. sect. 3. in 2. probatione 2. conclus. col. 95. lit. C.

t unius tantùm rei singularis, nec omnium, sed uorundam. *Secundò*, omnis cognitio intellectuis à sensitiva originem ducit; *nihilq; est in intellu, quod non priùs fuerit in sensu:* hoc est, quod non erit sensu perceptum, vel *per se*, ut *colores*; vel *per as partes*, ut *mons aureus*, & *cætera quæ fingimus*; el *per sua effecta*, ut *Deus Opt. Max.* & *substantiæ parata*, & *virtutes rerum naturalium nostris sensibus occulte*; vel *per aliquid sibi simile*, ut *absentes & defuncti r depictas eorum imagines*; vel *per oppositа*, ut *asperæ r levia, tenebræ per lumen*; vel *per sua fundamenta*, ut *cundæ intentiones per res substratas* seu *denominatas*; el *aliquo alio modo*. Ergò principiorũ omnium, eam primorũ, assensus non ex nuda apprehensione erminorũ, sed ex alia sensitiva cognitione emanat. Sed illustrandę magis huic veritati, non parùm onducet oppositorum argumentorum enodatio.

OBIECT.

Cognitio principiorum practicorum *connata nobis est, naturaliter insita: ergò & speculativorum. Consequentia patet ex similitudine, quæ inter hæc & illa reperitur. Antecedens ex eo liquet, quia aliter circa legem divinam moralem possit dari* invincibilis, *ut vocant*, ignorantia: *hæc autem ignorantia nullo modo dari potest, ut quis periurium, homicidium, furtum ignoret esse peccatũ. Quin &* [a] *opus legis divinæ scriptũ in corde hominis, docent sacræ literæ: quò spectat elegantissima M. Tullii sententia:* [b] *Est enim, Iudices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verùm ex natura arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus.*

[a] *Epist. ad Rom. cap. 2. v. 15.*

[b] *initio orat. pro T. Annio Milone.*

SOLVTIO.

Ad tollendam hanc obiectionem neganda est paritas rationis inter principia theoretica *&* practica. *Nam*

cùm homo dicatur ad Dei imaginem efformatus, D[illegible] hæc imago cum primis existit in anima, quæ dum se intu[illegible]tur, videt in se tanquam in speculo primas veritates pr[illegible]cticas, quas cognoscit non per species aliunde accepta[illegible] *sed per* suas *sive* concreatas: *Videt, inquam, in se prin[illegible]cipia* practica, speculativa *non item. Cùm enim il[illegible] hominem intimiùs spectent, & ad finem, cui condi[illegible] est, assequendum, propiùs conducant, adeoq; omn[illegible] hominē reddendo* ἀναπολόγητοι, *iustitiam divinam ma[illegible] illustrent, quàm* ista; *consequens est, non sine causa p[illegible]tuisse naturam &* illa *indere humano intellectui, & hæ[illegible] interim propriis actibus percipienda relinquere.*

OBIECTIO.

Adversus id, quod secundo loco diximus, principia n[illegible] solâ terminorum cognitione innotescere, sed per experien[illegible]tiam in singularibus, arguitur ex Arist. l. 1. post. text. [illegible] *dicente, quòd* ipsa principia cognoscamus, in quan[illegible]tum terminos cognoscimus: *et* 1. Top. cap. 1. §. [illegible] *ita definiente principia prima, ut sint,* quæ non [illegible] aliis, sed à seipsis fidem habent, *id est, solâ termino[illegible]rum cognitione approbantur.*

SOL.

Vt ad has authoritates ordine respōdeamus: in priori (qu[illegible] adversæ sententiæ authores pro se magnificè venditant) veteris Metaphrastę, *quicūq; is fuerit, fidē desideramus. Et pravæ certè versioni tribuendum est, quòd* Aquinas, Dominicus Soto, *aliiq; viri graves in suis ad eum lo[illegible]cum commentariis in hanc opinionem propenderunt, ap[illegible]prehensionem terminorum ad cognitionem principiorum sufficere. Ad ipsum igitur quod attinet contextum resti[illegible]tuendum & explicandum,* Arist. *illorum reiiciens utramq; sententiam, qui principia demonstrationis, (hi quidem* non omninò, *illi* demonstrativè) *sciri voluerunt,* hæc, *inquit,* ita dicimus, nec solùm esse scientiam,

putà

tà demonstrativam, sed etiam principium quod dam scientiæ, *id est, interpretibus* (a) Zabarellâ, & (b) Pacio, *cognitionem quandam priorem scientiâ demonstrativâ, nempe intellectum*, quo terminos cognoscimus: *id est, principia, quæ termini appellantur, non* ad quos, *sed* à quibus *tota contemplatio initium sumit. Ad alterum locum dicimus*, Arist. *dicentem*, prima principia non ab aliis, sed à seipsis fidem habere, *ita intelligendum, non ut excludat* inductionem & experimentum: *sed ut excludat* medium terminum à priori, *per quem principia demonstrentur. Et quidem quando principia per* inductionem *patefiunt, non per alia, sed per seipsa probantur.* Inductio *enim non est ratio, quâ una res tanquam ignota ex alia notiori elicitur: sed notificatio potiùs rei per seipsam, et transitus rei per se notæ à sensu ad intellectum. Universale enim à singulari non* reipsâ *distinguitur, sed* formaliter. *Et quia eadem res notior est, ut singularis, quàm ut universalis (quoniam sensilis dicitur, ut singularis, non ut universalis) ideò inductio est processus ab eodem ad idem, ab eodem eâ ratione, quâ evidentius, ad idem eo modo quo latentius est & obscurius: quod optimè docetur à* Zabarella lib. 3. de Meth. cap. 19. & in com. ad finem 1. Post. text. 106.

a *Com. ad lib. 1. Post. text. 21.*
b *Com. ad lib. 1. Post. cap. 3. §. 4.*

OBIECTIO.

Arist. 1. Ethic. cap. 7. *circa finem*; Principiorum, *ait*, alia inductione, alia sensu, alia assuetudine, alia alio modo cernuntur: *quibus verbis distinguendo inductionem ab aliis modis cognoscendi principia, planè indicat, non credere se omnia principia inductione manifestâ fieri.*

Com. ad lib. 1. Metaph. cap. 1. quæst. 4. sect. 4. resp. ad 2. arg. col. 98. lit. A.

SOLVTIO.

Respondemus cum Fonseca, *inductionis nomen ibi loci non ita accipi posse, ut complectitur omnes inductio-*

nes,

net, *sed eas tantùm, quæ fiunt in rebus mathematicis* ut tales sunt, *externis sensibus non subiiciuntur*: (ut tales sunt, *scilicet à sensili materia abiunctæ*, *quatenus* unaquæq; earum est hoc tale, *ut loqu* Arist. 1. Post. text. 134. *hoc est, existens cum sensi qualitatibus, & digito demonstrabilis:*) *ita ut indu nes ad sensum factæ propriè sequentibus verbis signi tur. Non itaq; negat* Arist. *omnia principia induc cognosci;* (*quippe quod* * *alibi asseruerit*) *sed solùm d non omnia cognosci eodem inductionis modo. Atq coarctatum sumi eo loci inductionis vocabulum, tes unum omnes interpretes: illi enim ea verba sic exp ut dicere voluit* Arist. *quædam principia* inducti *ut in* Mathematicis; *quædam* sensu, *ut in* Physi *quædam* assuetudine, *ut in* Ethica *innotescere.*

* *Lib. 2. Post. text. 106.*

Hæc omnia cùm ita se habent, unicum illud stat declarandum: cur si habitus principiorum acquisitus, *Arist.* aliiq; philosophi, (quemadm dum initio ostendimus) naturalem illum co muniter appellant? Respondeo, naturalem di *primò*, quia etsi per nostros actus comparetur, t *nobis consummetur, naturæ* tamen *inchoationem* debe *Secundò*, quia competit homini, quà homo est, *ut naturale* non contradistinguitur *acquisito*, sed *supernaturali. Tertiò*, quia causa ejus primaria est n turalis, lumen nempe intellectus homini con nitum.

CAP. 10.

De principiis communibus, & propriis.

HÆc de principiis primis: de communibus po rò tum primis, tum ab iis ortis (nam hi con

mmunia omnia principia non ſint prima, om-
a tamen prima ſunt communia) hæc lis occur-
.

An principia communia poſſint ingredi demonſtrationem?

Ntequam ad dirimendam hanc controverſi-
am, & aliquid in alterutram partem ſtatuen-
m accedamus, illud erit advertendum,

rincipia cō-
munia poſ-
ſe ſpectari
dupliciter,

- Primò, in tota ſua *communitate & latitudine*, & ſub propriis ſuis terminis: ut, *Si ab æqualibus æqualia demas, ea quæ remanent, erunt æqualia*: Et, *Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe.*
- Secundò, *contracta*, & ad certam aliquam materiam in certa ſcientia *coarctata*: ut, *Si à lineis æqualib⁹ æquales lineas demas, lineæ quæ reſtant erunt æquales*: & *Impoſſibile eſt idem ſimul moveri & nō moveri.* Hæc diſtinctio ponitur ab ipſo *Ariſt.* 1. *Poſt. text.* 83.

Deinceps adnotandum, principium in demon-
ratione collocari poſſe, vel *expreſſè* & *formaliter*,
el *tacitè* & *virtualiter*. Vltimò, recolenda eſt de-
onſtrationis illa diviſio, in *oſtenſivam*, & *ducentem*
d incommodum ſive *ad impoſſibile*.

Et magna quidem pars interpretum in eam ab-
t opinionem, principia communia, licèt in com-
unitate ſua remanentia *virtualiter* tantùm de-
onſtrationem ingrediantur, limitata tamen &

coarctata *formaliter* in demonstrationem etiam ostensivam admitti posse. Ita (a) *Flandrensis*, (b) *Apollinaris*, (c) *Powellus*, & alii innumeri. Quin *Caietanus*, & *Soto* ulteriùs progrediuntur: (d) Ille enim principia communia, imò universalissima non contracta tantùm, sed sub propriis terminis (modò in actu *signato*, dum sub ratione sua formali, & ut talia sunt, accipiantur, quomodò *significant* rem non posse esse & non esse; ut impossibile est idē esse & non esse, idem moveri simul & non moveri: sed non *exercito*, id est, dum *exercent* affirmationem contingentem, vel negationem non, vel è converso; ut corpus est ens & non est non ens, corpus est mobile, & non est non mobile, & similia, quæ ipsius affirmationis conjunctionem, & negationis separationem exercent, vel è contra) quodammodò collocari exprimiq; posse in quavis demonstratione asserit. Hic, nempe, (e) *Soto*, eadem illa axiomata, eáq; in ambitu suo, si non ad probandas conclusiones scientiarum particulares, ad explicandam tamen contradictionem in particulari materia, intrare aliquandò demonstrationem autumat. His nihilominùs ita se habentibus, non est cur dubitemus (præsertim (f) *Zabarellæ* & (g) *Crellii authoritate*, imò *ratione* muniti) liberè asserere, *nunquam communia principia sive axiomata in tota latitudine sumpta, ne quidem si maximè coarctentur & restringantur, in demonstrationem ostensivam expresse, formaliterq; recipi.* Et ad priorem quidem hujus assertionis partem, nempè, de principiis in tota amplitudine sua permanentibus, stabiliendam, duabus hisce utimur rationibus. *Primò*, tres terminos demonstrationis *per se* & [illegible] cohærere oportet: hoc autem fieri nequit, [illegible]

a *in Thomæ lect.* 17. *artic.* 1. *sol.* 1. *arg.*
b *quæst.* 30. *conclus.* 4.
c *Anal. cap.* 8. *lib.* 1. *Post. pag.* 79.
d *com. in lib.* 1. *Post. cap.* 12. *pag.* 393. 394.
e *quæst.* 4. *sup.* 1. *lib. Post. sol.* 4. *arg. pag.* 361. *lit. E.*
f *com. in lib.* 1. *Post. text.* 67. *col.* 775. *lit. A. & in text.* 83. 84. *col.* 807. *& seqq.*
g *ad text.* 84. *pag.* 43. *col.* 2.

missō principio communi, quà commune est, ut-
pote, quod cum nullo subjecto reciprocatur: ergò
tale principium, *quà tale*, eliminari è demonstratio-
ne debet. *Secundò*, hanc solam ob causam repre-
hendit *Arist.* demonstrationem quadraturæ circuli *1. Post. text. 66.*
à *Bryssone* formatam, quia principio communi sine *67.*
proprio utebatur *Bryssō*. Quarè usus in omni de-
monstratione communis principii, saltem irre-
stricti, ab *Arist.* prohibetur. Iam idem non minùs
fieri debere in iisdem coarctatis, facilè confirma-
tur. Nam *primò*, principium commune etiamsi ad
subjectum proprium restringatur, adhuc tamen est
commune: quoniam aliis quoq; subjectis, si non
aptetur, at certè, quod nobis sufficit, aptari potest.
Secundò, demonstratio debet procedere ex causa
non *cognitionis* tantùm, sed *essentiæ*, quæ res sim-
plex est, non propositio: talis verò causa princi-
pium commune, ne quidem si maximè contraha-
tur, evadit: ergò licèt se maximè astringat & co-
arctet, majus tamen remanet, quàm ut in hanc
portam intrare queat. *Tertiò*, demonstratio illa
Bryssonis, quam reprehendit *Arist.* talis tradi-
tur:

Illa quæ sunt ijsdem maiora & minora, inter se
sunt æqualia:
At Circulus & Quadratum medium sunt simul
maiora quadrato interno, & minora exter-
no: ergò,
Inter se sunt æqualia.

Iam si in eo solùm peccavit *Bryssō*, quòd princi-
pium commune acceperit non contractum, se-
quitur optimam fuisse demonstrationem, si prin-
cipium illud ad solas magnitudines restrinxisset, &
majorem talem constituisset,

Magnitudines quæ sunt ijsdem magnitudi-
maiores & minores, inter se sunt æquales.

At certum est adhuc, nec perfectam esse d
monstrationem, nec propositâ conclusione ostr
di. Ergò coarctatio illa communis principii
perfectam constituendam demonstrationem p
rùm valet. Quem ergò usum habent comm
principia in demonstratione, si eam neutro mo
ingrediantur? Dico, extrinsecùs illa demonstr
tioni ancillari, utpote quorum operâ ex prop
faciliùs, fortiúsq; extruitur, & extructa intelli
tur: quod ex *Euclide* in prima primi libri
monstratione percipi facilimè potest. Is, ut
angulum ostenderet *æquilaterum*, adhibet hoc ax
ma: *Quæ eidem sunt æqualia, sunt æqualia inter*
mox tamen ac si per illud principium propo
conclusio demonstrata non fuisset, definitione
circuli ut principium proprium accipit: aliumq;
eundem finem syllogismum conficit. Horum
taq; syllogismorum *hic* quidem demonstratio
meretur; *ille* verò syllogismus quidem est demo
strationi extrinsecùs auxilium ferens, ac rob
tribuens, ut qui communis notionis opem adh
bet, ad plenam illius problematis scientiam pa
endam. Talium porrò axiomatum usus demo
stratori necessarius tunc est, cùm ob respond
tis obstinationem ac pertinaciam eò adigitur,
inferre debeat, utramq; contradictionis parte
non posse vel veram esse vel falsam. Atq; ita u
versalissimum illud principium usurpatur, quod
men non tam est demonstrare, quàm demonstr
tionem factam asserere & vindicare. Et his q
dem de causis, atq; hoc in sensu principia etia
communia, licèt à demonstratore in demo
strationi

Zab. ad lib. 1. Post. text. 75. col. 790. lit. A.

tione *formaliter* usurpari non possunt, *virtualiter* men in omni demõstratione necessariò repcriũ. r. Nã cùm virtus omnis & efficacia in principia opria nõ aliunde, quàm ab illis derivetur, necesse ubicũq; *hæc* quoad suam *formalitatem*, ibîdem *illa* cundùm *virtutem* suam collocari. Quòd si tamen demonstratione ducente ad impossibile agatur, incipio communi, imò universalissimo, eiq; in mbitu suo toto, locum, eumq; *formalem* concedi. us. Omnis enim deductio ad impossibile in hoc nstat, quòd sequatur, *idem simul esse & non esse*: quamdiu ad hoc non deducitur, non est satis monstrata impossibilitas. Postquàm verò huc eductum est, hic tanquam in ultimo resolutionis rmino, & principio notissimo sistitur.

Obiect.

Verùm circa hæc, quæ diximus, suboriuntur aliquæ difficultates. Nam ipse Arist. *mathematicas disciplinas*, Arithmeticã, Geometriã, & Astrologiã demonstrare *asserit* per communia, 1. Post. text. 75. *Et* text. seq. mnem scientiam demonstrativam *dicit* esse circa ommunia illa, quæ vocamus axiomata, ex quibus rimis demonstrant. *Et* text. 84. Communia, *ait*, appellare, quibus utuntur tanquam ex his demõstrantes. *Deniq;* text. 82 *exemplum demonstrationis adducit, in qua generale illud principium*, idem non simul affirmari & negari, *in actu exercito usurpatur.*

Sol.

Sed hæc omnia tantùm absunt à labefactanda assertione nostra, ut eam magnoperè confirment. Ad primum itaq; locum, qui hoc modo se habet: Demonstrant per communia, & ex demonstratis, (*hanc enim versionem præfero* Pacianæ, *quæ præpositionem* [per] *utrobiq; usurpat*) *dicendum, nihil aliud elici posse, quàm* (*quod nos statuimus*) *principia* communia *demonstrationem*

tionem fulcire, demonstrata verò, hoc est, propriae
dem introire: ita ut vox illa [διὰ, per] tantum am
lium; [ix verò, ex] materiam designat. Ad prim
ad text. 84. lib. 1 Post. col. 809. lit. D. duas authoritates respondemus ex Zabarella, distinc
illam [ex] non ita sumendam esse, ut indicet materi
ex qua demonstratio constat, sed solùm ut denotet
monstrationis ab eiusmodi principiis dependentiam. Et
posteriori contextu, viz. 84. ipsa vox [tanquam] ex
omne dubium ponit, è communibus principiis propriè
extrui demonstrationem. Ad ultimum deniq; locum
spondemus, demonstrationis vocem ibi non strictè
propriè, sed fusè pro quacunq; cuiuscunq; proposit
controversæ certa ac necessaria probatione accipiendam
neq; enim allata instantia ullo alio sensu demonstrati
appellationem subire potest.

OBIECT.

At nisi velit Arist. communia principia vel in comm
nitate sua, vel saltem cum restrictione demonstrativ
actu intrare, cur duplicem hanc illorum consideration
tam sedulò distinguit? Si enim principia coarctata ni
se eius, quàm libera è demonstratione exulent, quid attin
bat illa his contradistinguere, imò anteponere?

SOL.

Respond. non eo fine propositam ab Arist. hanc distin
ctionem, ut communia principia altero modo sumpta e
cludi, altero admitti in demonstrationem: sed altero mo
usurpari, altero modo non usurpari in scientia indicare
Posse autē ea usum obtinere in scientia aliqua tota, & u
men è demonstratione omni ostensiva eliminari, nego
non potest. Naturalis enim Philosophus non dicit, in
ad text. 83. col. 808. lit. A. Zabarella, non posse idem simul affirmari & nega
ri: sed dicit, mundum non posse simul unum e
& non unum.

OBIECT.

OBIECT.

Hæc est perfecta demonstratio.

Idem simul esse & non esse repugnat,
Idem corpus moveri simul & non moveri,
est idem simul esse & non esse: *ergò*
Idem moveri & non moveri repugnat.

At hanc demonstrationem principium universale actu [illegible]*editur; ergò, &c.*

SOL.

Verùm hic syllogismus licèt à [a] Cajetano *proponatur,* [b] Dominico Soto *accipiatur, ut optima demonstratio* [illegible]*ensiva: attentiùs tamen consideratus nihil minus est:* [illegible]*n & verâ affectione,* quæ; *& verâ causâ,* per quam [illegible]*monstretur, careat.*

a. b. *locis superiùs cit. pag.* 54.

CAP. II.

De principiis propriis, & alienis.

EXplicato, demonstrationem è *propriis* principiis constare, hoc est, *non communibus,* consequens est, ut inquiramus, num *propriis* etiam utatur, hoc est, *non alienis*: sive, ut vulgò loquuntur cum *Arist.*

An in demonstrando liceat transire de genere in genus?

VBi illud inprimis adnotandum, vocem *generis* non ita accipiendam, ut *Logicum* eiusmodi terminum denotat, qui repræsentat rem universaliorem, sub qua res minùs universalis continetur, quo sensu à *Porphyrio* inter quinq; voces enumeratur:

sed

sed ut (quod sæpissimè in his *Post. libb.* facit *Ari*
significat subjecti alicujus naturam, quæ totam
entiam constituit, & ab aliis disciplinis distingu
Deinceps advertendum,

Transitum fieri posse tripliciter, vel ratione
- *Passionis*, quando extraneum quod accidens de subjecto ostenditur.
- *Subiecti*, quando affectio alic de alieno subjecto demo stratur.
- *Principii*, seu *medij*, quando medium alterius scientiæ p culiaris conclusio probatur.

De primis duobus modis secuti *Arist.* obliqu *secundariè*: de tertio verò *directè* & *principaliter* cturi sumus. Deniq; scientiarum distinguendæ s duæ classes: nam aliæ planè *diversæ* sunt, aliæ *sub terne* & *subordinatæ*. Scientia tum demum una alt subalternari dicitur, cùm idem subjectum, quod *superiori* abjunctum à materia, omniq; sensili qua tate nudatum spectatur, *inferior* cum certæ mat riæ & sensilis qualitatis additione contemplan eâ ratione *Musica Arithmetica*, *Optica Geometria* s ordinatur.

His præmissis, assertionem non aliam ponim quàm quæ ab *Arist.* disertè traditur: *non licere in s entijs prorsus diversis, factâ ab una in alteram migra ne*, (hoc est, aliunde alio petito medio) *conclusi aliquam demonstrare*. Cui confirmandæ ejusdem ph losophi ratio apprime inserviet. Ea talis est. Subj ctum de scientia in scientiam non transfertur: ha enim quisquis negat, implicat contradictionem cùm quælibet scientia à proprio subjecto consti tuatur. Media verò & quæsita in subjecto inhæ

Lib. 1. Post. text. 56. & seqq.

nt *per se & quatenus ipsum*: ac proinde si *subiectum* oprium sit, nec ad aliam disciplinam pertinere eat, *media* quoq; & *quæsita* propria erunt, nec ò migrare poterunt. De *subalternis* verò scientijs, æ subjectum habent commune, ut ratio ista ni- l evincit, ita assertio nostra nihil negat: excipiun- r enim illæ ab ipso *Arist.* ut quæ & in *affectionibus*, in *medijs* convenire possunt.

OBIECT.

Si quis in contrarium obijciat rotunditatem & à Phy- co, *& ab* Astronomo *de cœlo & terra demonstrari, emadmodum asserere videtur philosophus* 2. Phys. tex. *cùm tamen* Physica *&* Astronomia *subalternæ dis- linè appellari nequeant;*

SOL.

Non respondemus cum quibusdam, Astronomiam *non* simpliciter, secundùm aliquam *tamen* partè yslicæ *subordinari*: *Sed dicemus potiùs*, Astronomũ *id facere, quà purus est* Mathematicus; *sed atenus ob faciliorem propriæ doctrinæ suæ intelligenti- quedam è* Physiologia *mutuatur.*

OBIECT.

Si ulteriùs instetur ex contextu Arist. 2. Phys. text. 0. à perspectivo *lineam* mathematicam *considerari, atenus* physica *est; & consequenter easdem affectiones eadem principia & ab* Optico, *&* à naturali phi- lopho *de linea ostendi;*

SOL.

Dicendum, vocem illam quatenus *pingui ibi* Miner- *ab* Arist. *usurpari, non ut modum considerandi signifi- t, sed solùm* Optices *&* Geometriæ *discrimen innue- : adeoq;* physicum *non ita accipi, ut illud quod pro- iè pertinet ad* Physiologiam; *sed ut illud tantùm, uod ad eam propiùs accedit, magisq; vergit.*

CAP. 12.

CAP. 12.
De Conclusione demonstrationis.

POstquàm absolvimus tractatum de princip
æquum est, ut ad *principiatum* nos accing
scil: *conclusionem*: de qua controversia hæc est,

An conclusio demonstrationis simul te
pore cognoscatur cum præmissis?

NIhil hîc in alterutram partem priùs decer
mus, quàm monuerimus,

Præmissas in demonstratione bifariàm spectari posse { Secundùm *se* & *absolutè*, atq; *disjunctas*. vel In ordine ad *conclusionem* *rendam*, atque etiam comm & *dispositas*.

Zab. in com. ad 11. text. 1. Post. col. 662. lit. A.

Si priori modo considerentur, non tantùm sed & *debere* conclusioni præmissas ambas præc noscì, à nemine dubitatur. Conclusio enim non altera tantùm, sed ex utrisq; simul sumptis in tescit: quarum si alterutra sit incognita, concl etiam incognita maneat, necesse est: atq; hoc

1. Post. text. 11. su intelligendus est *Arist.* quando principia utr modo, & *quid significent*, & *quòd vera sint* præco ta esse oportere asserit. Hæc præcognitio vulgò

* pag. 13. gens appellari, & *dirigenti* illi, de qua * suprà egim contra distingui solet. Restat igitur, ut de præm sis posteriori modo spectatis procedamus. Q si fecerimus, vix ullam circa hoc quæsitum repe emus interpretum distractionem: præsertim c *Arist.* affirmativam partem dilucidè ponat, n

1. P

ost text.3. his verbis, *Licet autem cognoscere alia qui-*
, id est, majorem propositionem, *priùs cognoscen-*
alterum autem, minoris scil: & conclusionis, *simul*
ientem cognitionem: tum etiam 7. *Ethic. cap.* 3. ubi,
da, inquit, *ex duabus propositionibus una effecta sit,*
esse est in iis quidem, quæ sunt cognitionis, animum id
d conclusum est affirmare; in iis autem quæ sub actio-
veniunt, statim agere: ut si omne dulce gustandum est,
autem est dulce, necesse est illi qui potest & non pro-
tur, ἅμα τότε, simul cum hoc (posteriori intelle-
)*gere*. Huic authoritati hæ rationes adstipulan-
. *Primò*, causa naturaliter agens non impedita
im, nullóq; interveniente temporis intervallo,
oducit effectum: hujusmodi verò causam assen-
præmissarum esse respectu assensus conclusio-
, negari nequit; cùm hæc in illis *virtualiter* con-
eatur: ergò quamprimùm habeatur ille ab in-
lectu, hunc etiam haberi necesse est. *Secundò*, ut
abet finis ad media, ita principia ad conclusio-
: cùm ergò posità voluntate efficaci finis, si-
l tempore & necessariò appetatur medium, si
um sit tantùm; pari ratione dato assensu præ-
ssis, necessariò dandus est assensus conclusioni,
æ sola ex præmissis proximè colligi potest.
Huic controversiæ appendicis loco alia quæstio
ri solet,

Utrùm habito præmissarum assensu, liberum adhuc sit intellectui, an verò necessarium, eodem tempore assensum præbere conclusioni?

Bi primùm distingui debet duplex libertas voluntatis, altera *contrarietatis*, sive quoad *specificationem*

cationem actus, ut assentire & dissentire: altera *contradictionis*, sive quoad *exercitium* actus, ut assentire & suspendere. De priori si loquamur, apertum est non concedendam intellectui talem libertatem: non enim magis potest hic vero proposito dissentire, quàm voluntas bonum cognitum odio prosequi. An verò posterior libertas sit illi hac in re referenda, non est tam facilè expeditu. Nos tamen partem negantem probabiliorem judicamus, dummodò; penes voluntatem esse post proposita principia & explicatos terminos, intellectum vehementi applicatione aliò avertere, & assensum conclusionis impedire: imò ulteriùs (quod tamen non nisi deò confidenter asserimus, reluctante *Fonseca* cum viris aliis gravissimis) voluntatem posse, si velit, libertatis tantùm causâ, suspendere actum intellectus circa conclusionem, ut nullum de ea judicium eliciatur, arbitramur. Rationes petimus, *primum* ex natura intellectus: is enim circa principia & circa conclusiones habitus acquirit, circa illa *intellectum*, circa has *scientiam*: habitus autem non posse esse nisi in potentia libera & indifferenti, & quæ ordinatur ad diversa, in se est manifestum; tum etiam *Thoma* juxta *Arist.* sententiam sæpe declaratam. *Secundam* sumimus ex imperio voluntatis, quæ cæteras omnes facultates ad libitum suum movet, regitq;, ut habenas vel laxare vel astringere, actum vel imperare, vel prohibere possit. Inde vulgò dicimus alio sensu intellectum à voluntate, & voluntatem moveri ab intellectu: ita ut voluntatis actus ab intellectu *specificetur*, actus intellectus à voluntate in *exercitium adducatur*.

Com. in 6. Metaph. c. 1. quæst. 4. sect. 4. pag. 37 lit. D. E.

1ª 2dæ. quæst. 52. artic. 3. & alibi.

OBIECT.

Sunt tamen, quæ assertioni nostræ difficultatem

...diocrem facere videntur. Error enim qui circa conclu...nem insedit in intellectu, præsertim si radicatus & in...teratus sit, non potest uno actu adimi & excludi: sed ...tionum frequentationem ad sui ut introductionem, ita ...pulsionem postulat. Et cùm nisi sensim tolli non possit, ...ram aliquam temporis requirit inter præmissas iudica...is, & conclusionem.

SOL.

...spondemus, Formalem, quatenus scil. inclinat intellectum ad assensum falsum. Atq; hanc etiam post unam demonstrationem & unum actum contrarium potest amittere.

...abitum illum ...roneum du...cem habere ...tionem, vel Materialem, quatenus quædam qualitas est intensa, & per repetitionem actuum radicata. Et hanc quidem si quoad aliquem gradum permanere cõcedamus, nihil moramur. Habitus enim duo non opponuntur, nisi quatenus ad opposita obiecta inclinant.

OBIECT.

At illi sunt humani intellectus limites, iisq; includitur ...ncellis, ut uno eodemq; tempore plura non intelligat: un... axioma philosophicum: uno tempore nemo intel...git nisi unum. Non potest itaq; intellectus eodem tempo... assensum præbere & præmissis & conclusioni.

SOL.

Dicendum, eodem tempore plura non intelligi, ut plura ...nt, minimeq; ordinata. Quæ autem modum unius ha...nt, & vel inter se, vel ad unum tertium ordinantur, ...iusmodi sunt præmissæ & conclusio, nihil obstat, quo mi...is simul tempore possunt apprehendi. Ad cuius rei maio...m illustrationem, consulendi Ferrariensis, quæst. 14. l. 3. ...anima, & alii interpretes ad text. 23.

CAP. 13.

De materia demonstrationis circa quam, eiusdemq; conditionibus.

MAteriam demonstrationis *ex qua*, seu *compositionis* iam absolvimus. Reliquum est, ut appendicis loco de ejusdem materia *circa quam*, seu *operationis* pauca adjiciamus. Conditiones autem illius plures sunt. *Prima*, ut sit *ens*: quæ ex ipso *Arist.* evincitur: *De eo quod non est, non est scientia, ut diametrum habere mensuram cum latere communem.* Quibus verbis licèt fateamur de illo non ente loqui *Arist.* quod opponitur enti *complexo*, non quod enti *simplici*, ut non ens ibi significet falsam propositionem: veritas tamen eorundem non in hoc minùs, quàm in illo agnosci debet, cùm argumentum sit ab illo ad hoc, tanquam à *maiore* ad *minus*. *Secundò*, per demonstrationem omnem satisfit quæstioni *quid sit*, ut suprà diximus: de eo ergò, quod non est, non potest procedere. Interim hæc non de quacunq; demonstratione intelligi volumus, sed *ostensiva* tantùm & *affirmativa*. De *vacuo* enim & *infinito* extrui in scientia physica demonstrationes *negativas*, & *ducentes ad impossibile*, nemini potest esse dubium: Harum tamen vis non est in *positione* causæ, sed in *remotione*: neq; per has *probantur* illa, sed *refutantur*; *reiciuntur*, non *admittuntur*.

2. *Post. text.* 10

Secunda conditio est, ut sit ens *æternum*, *necessarium*, *universale*. Hæc enim tria licèt eandem non obtineant significationem, ut sint *synonyma*: tamen mutuâ fruuntur societate, arctóq; copulantur vinculo, ut conjungi debeant. *Æternitatis* enim comes

est *necessitas*; (eiq; non minùs adversatur *contingentia*, quàm *corruptio*: quippe quæ non est aliud, quàm *corruptionis præsagium*) & subjectum utriusq; *universale*. Si non *æternum* esset, scientias haberemus orientes & occidentes: quæq; *hodiè* multæ sunt & præstantes, *cras* non imperfectæ modò forent, sed nullæ. Si non *necessarium* esset, non *scientia* amplius extaret, sed *opinio*. Deniq; si non *universale*, frustra quærerentur demonstrationes, solúsq; per se sensus sufficeret. Accedit testimonium *Arist.* qui illud, quod sub demonstrationem, & quod sub scientiam cadit, *non posse aliter se habere*, quâvis ferè paginâ inculcat. *Lib. 1. Post. text. 8. & 28. & alibi sæpe.*

Obiectio.

Atqui idem Arist. *particularis demonstrationis mentionem facit; eiusq; cum universali collationem instituit. Non ergò verum est, omne demonstrabile esse universale.* 1. Post. text. 160 & seqq.

Solvtio.

Respond. primò *demonstrationes illas particulares dici non ratione ipsius* rei, quam; *sed ratione* subjecti, de quo *demonstrant*: *ac proinde, nihil ex illis contra nos* evinci *posse.* Secundò, *dicimus improprias esse illas, minúsq; principales, imò supervacaneas: ideóq; quid in illis fiat, nobis non morandum.*

Obiect.

At Eclipsis de luna, casus foliorum de arboribus demonstrantur: & plura huius generis accidentia de subiectis suis, quæ tamen, cùm nisi raro non contingant, videntur æterna dici non posse.

Sol.

Responderi potest cum Zabarella, *accidentia æterna dici posse, vel ratione* subjecti, *quia ei semper inhærent: vel ratione* causæ, *quia eam semper comitantur. Et priorem eundem modum propriis tantùm passionibus, quæ à causis internis* Lib. 2. de præpos. nec. in fine cap. 15. & com. ad text. 65. lib. 1. Post.

internis emanant: posteriorem verò, aliis etiam accide-bus demonstrabilibus, quæ ab externis causis deriva[illegible] convenire.

SOL. 2da.

Possumus tamen & aliam responsionem adiicere:

- *Æternum aliquid dici dupliciter, vel*
  - Simpliciter & absolutè, & ab [illegible] *parte, tum priori, tum posteriori: [illegible] modò solus Deus est æternus.*
  - Secundùm quid, *idque vel ratione*
    - Singularium, *quæ in [illegible]cessione nunquam de[illegible]unt.*
    - Causarũ, *quarum aliquę sunt*
      - Continuę, & [illegible]ne interru[illegible]one *agunt: [illegible] motus cœlo[illegible] est æternus.*
      - Cum interm[illegible]one: *ita ecli[illegible] & huius[illegible] statis tempor[illegible] semper fiunt.*

Tertia conditio est, ut in quacunq; demonstra-tione à priori, nempe, tum potissima, tum ea q[illegible] à causa remota petitur, semper sit *accidens*. Et in de-monstratione quidem διότι res est per se mani[illegible]sta. Ea enim ut nomen ipsum indicat, quæstio[illegible] *propter quid* satisfacit: quam quæstionem non [illegible]stantiis, sed solis accidentibus convenire, * sup[illegible]posuimus. Adde, quòd (a) *Arist.* tria dicat esse [illegible] demonstrationibus, *principia, genus subiectum*, & [illegible]*fectionem* seu *accidens*. Idem evenire in demonstra-tione *a causa remota*, conspicuum est: hæc enim [illegible] illa quoad rem demonstratam non distinguitur, [illegible] solummodò quoad medium demonstrandi diffe[illegible]

* *Cap. 5. huius sect. pag. 28.*

a 1. *Post. text.* 57. 78.

t de demonstratione ab *effectu* quod statuamus, on tam facile videtur. *Faventinus theor.* 17. mordius tuetur, omnia per demonstrationem cognosci, *bstantiam* scil: & *accidens*: *accidens* quidem per demonstrationem *à priori*, *substantiam* à *posteriori*, seu *effectu*. Ea verò sententia hoc modo refelli potest. *Primò* ea tantùm substantia in demonstratione *ĩri* ostenditur, quæ est causa propriæ passionis: a verò substantia completa esse non potest. Accientia enim propria non à subjectis suis, sed à subctorum principiis, *materiâ* aut *formâ* oriuntur. Soergò substantia imperfecta demonstrabitur: cùm men *Faventinus* tam de cõpleta, quàm incõpleta; nò principaliùs de illa, quàm de hac assertionem am instituat. *Secundò*, illud solum in demonstrone *ab effectu* sciendum proponitur, quod *maioris*, n quod *minoris* extremitatis locum obtinet: nam substantiam ideò, quia minus extremum est, hâc monstratione cognosci velit, nihil obstat, quo inùs eandem etiam per potiorem demonstraonem sciri asserat. At, inquit *Faventinus*, hæc gumenta adversùm me nihil faciunt, ut qui non iâ ratione dico substantiam per demonstratiom *ĩri* innotescere, quàm quia ejus principia, & dicata quidditativa ibi ostenduntur. Verùm hâc responsione nihil obstante, duo sunt, quæ conra eum ulteriùs inferri possunt. *Alterum*, substanam non *directè* & *per se*, sed solum modò *indirectè* *secundariò* demonstrari: quod est tum contra *aventini* intentionem; tum etiam arguit aliud uæri debere instrumentum, quod notificandæ bstantiæ directiùs ac principaliùs inserviat. *Alrum*, non totam substantiæ definitionem, sed aliam tantùm ejus partem, nempe, differentiam

seu formam per demonstrationem ab effectu ostendi. Nam demonstratio *quia* ostendit solum principium, seu medium demonstrationis, *propter quid* illius, cujus medium semper est definitio subjecti, quæ est potissima: ut concedit *Faventinus* in responsione ad argumentum *Petrellæ*. Atqui potissimæ demonstrationis medium est sola causa formalis, ut idem statuit *theorem.* 15. *cap.* 1. Ergò hæc sola in demonstratione ab effectu notificatur. Quod cùm ita sit, primùm concludam, perperàm asseri à *Faventino*, substantiam totam per demonstrationem cognosci, cùm ejus tantùm altera pars cognoscatur. Deinceps, quæram quo instrumento altera pars, nempe, genus seu materia ostendi possit? atq; ita rem totam ad carceres reducam. Sed quod *Faventinum* adducebat in hunc errorem, illud unum erat; quòd definitionem non esse instrumentum Logicum diversum à demonstratione * autumaret. Cujus dogmatis plenam refutationem videre licet apud (a) *Petrellam*, (b) *Ludovicum Medam*, & alios. Et de his hactenùs.

* *Theor.* 16. *c.* 1.
a *Log. disp. lib.* 2. *cap.* 1. *& seqq.*
b *in* 2. *Post. quæst.* 1.

LIB. II. SECT. II.

De causa demonstrationis formali.

CAP. I.

De forma demonstrationis communi.

FOrma demonstrationis (sunt enim ejus vices proximæ) duplex est: altera *cōmunis* estq; syllogism⁹, seu potiùs syllogismi mod⁹ & figura

altera

tera *propria* & connexa cũ materia, consistens in
mutabili propositionis necessitate. De priori
icum est, quod in litem vocari solet.

An prima figura sit aptissima ad demonstrandum?

7Bi neq; de prima figura tota & integra loqui-
mur, sed primo tantùm ejus modo, qui *Barbara*
ppellatur; neq; demonstrationem qualemcunq;
lumus intelligendam, sed præcipuè potissimam,
am quæ à causa remota ducitur, in secunda fi-
ra plerunq; extrui, ab (a) *Arist.* accepimus. a 1. *Post. text.*
uibus annotatis, satis explicatur assertio (b) *Arist.* 99.
figuris maximè scientialem & demonstrationibus con- b 1. *Post. text.*
iendis potissimùm inservientem esse primam. Ad 103.
uam confirmandam, non opus erit rationes no-
s congerere: sed solùm eas, aut earum saltem
tissimas, quas philosophus proposuit, illustrare,
arum prima est: quia disciplinæ *Mathematicæ*,
æ exactissimæ omnium perhibentur, demon-
rationes suas vel semper & tantùm in prima fi-
ra condunt; vel certè ut plurimùm & frequen-
simè. *Secundò*, quia demonstrationis in defini-
onem conversio, unde scientia omnium perfe-
issima comparatur, in hac sola figura, & illius hoc
lo modo habetur. Nullam enim aliam, quàm quæ
ĕ conficitur, mutari posse in definitionem, ex
o manifestum est, quòd definitio aiens, & quidem
niversaliter aiens est: quo fit, ut neq; per aliam
guram, neq; per alium modum, quàm primum
quiratur: cùm in reliquis omnibus vel negatio-
em, vel particularitatem, vel utramq; reperia-
mus.

mus. *Tertiò*, demonstrationis διότι conclusio, ut sæpè insinuavimus, semper est καθόλου τοῦ, quæ necessitas etsi in *negativis* fortasse per divulsionem æternam prædicati à subjecto conspiciatur: in *affirmativis* tamen & *potior* est, & *frequentior*, & evidentior. *Quartò*, quia in scientia acquirenda figura prima αὐτάρκης est, sibiq; sola sufficit, reliquarum nullatenus indiga: Reliquæ verò absq; prima parere scientiam non possunt: quod sic ostenditur. Scientia nondum est perfecta, priusquàm ad immediata principia sit deventū: Si igitur altera in demonstratione propositio (quod crebriùs accidit) mediata sit, eáq; universaliter affirmans, non poterit ea ulteriùs per secundam figuram demonstrari, sed ad primum primæ modum necessariò recurrit. Sin syllogismi in *Barbara* mediata probanda sit, in eodem concludi modo potest, donec tandē definat in indemonstrabili. Quæ omnia indicio sunt, longè plus virium scientificarum huic figuræ quàm cæteris inesse.

OBIECT.

At videtur propositiones negativas, & consequenter figuram secundam cum reliquis modis primæ, demonstrationi potissimæ inservire. Nam conditio illa præstantissima propositionum demonstrativarum, nempe, ut sint immediatæ, negativis non minùs convenit, quàm affirmativis: cùm Arist. & Zabarella ad context. 104. lib. 1. Post. *docent, omnem propositionem negativam esse immediatam: &* ex context. 157. *deducit idem* Zabarella. *propositionem affirmativam propriè habere medium, negativam non nisi impropriè.*

SOLVTIO.

Verùm hoc si rectè intelligatur, propositionis negativæ non tam dignitatem, quàm ignobilitatem arguit. Nec

...im ideò sic dicitur, quòd nullo medio termino probari ...sit; sed quòd causa efficiens propriè nulla detur, quæ ...am negationem, seu remotionem à subiecto ponat. Cau... enim efficiens est propriè positivorum, ut Zabarella *...piùs & prolixiùs monet.*

OBIECTIO.

*Demonstratio illa eclipseos de luna, (ut * suprà pro...vimus) potissima est, & præstantissimi generis demon...ratio. Ea verò est particularis, & extruitur in* Darij. *Lunam enim & solem, & huiusmodi non species esse, sed ...s singulares, contendunt multi viri doctissimi.* * pag. 40. & 41.

SOL.

Contendunt, non tamen evincunt: habent enim ista na...turam quandam universam, quæ aptitudinem habet, ut ...ribus attribuatur. Quòd verò in actum non sit pro...ducibilis, id non oritur ex ipsius defectu, sed ex incon...venientia rerum universitati inde accessura.

CAP. 2.

De propria Demonstrationis forma, necessitate, & eius gradibus.

NEcessitatis (quam propriam & cum materia conjunctam demonstrationis formam appellavimus, & quæ nihil aliud est, quàm *prædicati cum subiecto in propositione perpetuus & indissolubilis nexus*) tres gradus tradidit *Arist. De omni, Per se, & Universale* seu *quatenus ipsum. Primus* necessitatem levem imponit, *secundus* majorem adjicit, *tertius* summam facit. *Primus* subjectum primò, prædicatum secundariò; *tertius* verò contrà primò prædicatum, & secundariò subjectum; *secundus* velut inter eos medius tam prædicatum, quàm subjectum, 1. *Post. text.* 29. *& seqq.*

&

& tam hoc quàm illud respicit. *De omni* sunt q
appellant regulam *ordinis*; *per se*, *necessitatis*; qu
nus ipsum, *iustitiæ*. Horum hic est ordo, ut poster
semper supponat & includat priorem, licèt pri
sine posteriori reperiri queat. Cui tamen n
usquequaq; assentiunt *Toletus* & *Faventin*
a *Sup.1.lib. Post.cap.4. §:4.* quorum (a) ille ex sententia *Philoponi* & *Them*
negat omnem propositionem *per se* esse *de*
b *Theor.8.* (b) hic vult aliquam esse *quatenus ipsum*, quæ no
sit *per se*.

OBIECTIO.

1.*Post.text.36.* *At* per se & quatenus ipsum idem sunt, *ruit ergo ternarius graduum numerus.*

SOLVTIO.

a *lib.2. de propos.necess.cap.2. & com.ad text. 36.lib.1.Post.* *Responderi potest vel cum* (a) Zabarella *&* (b) Crellio, per se *ibi sumi* propriè *&* summè, *ut ad puritatem redigitur*; *non* communiter *&* remissè, *ut aliquid admistum habet contingentiæ*. *Vel potiùs cum* (c) Pacio,
b *Com.ad eund. context.* *de* per se *loqui* Arist. *non ut opponitur τῷ* per accidens, *quo sensu per totum illud caput usus fuerat*; *sed ut*
c *in notis marginal.ad §.11. cap.4.lib.1.Post. & in com.ad eund.§.* *opponitur τῷ* per aliud, *sub qua acceptione non est latioris ambitus*, *quàm* quatenus ipsum.

OBIECTIO.

Omne necessarium est per se, *ergò* de omni *non constituit necessitatis gradum*. *Antecedens ex* Arist. *confirmatur*. *Propositio illa*, *quæ non est in primo vel secundo modo dicendi* per se, *est* per accidens, 1. Post. text 32.& 44. *Sed propositio* per accidens *non est necessaria*, text.44.*&* 54. *ergò omnis propositio necessaria erit* per se. *Porrò eodem contextu* 44. *probat* Arist. *demonstrationem constare ex propositionibus* per se, *quæ constat ex necessariis*, *hâc ratione* : Quæ sunt per se, ea sunt necessaria: Demonstratio constat ex necessariis : ergò ex propositionibus per se. *Quod*

argumentum

umentum iudicio omnium interpretum merè paralo-
ucum erit, nihilq; concludet, utpote ex omnibus affir-
tivis in ſecunda figura conflatum, niſi maior propoſitio
ta regulam, 2. Prior. cap. 22. *traditam,* ſimpliciter
vertatur, & fiat Omne neceſſarium eſt per ſe.

SOL.

Dicendum, uti Ariſt. *voce* neceſſitatis *ſtrictè ſum-*
i pro intrinſeca, pura, eſſentiali, & ſimpliciter di-
a; quo ſenſu uerum eſt, omne neceſſarium eſſe per ſe:
m ut etiam extrinſecam, accidentalem, impuram
prehendit.

CAP. 3.

De primo gradu neceſſitatis, qui De omni.

Propoſitio *De omni* duplex eſt,
- *Prioriſtica*, de qua *Ariſt.* 1. *Prior. cap.* 1. §. 11. ubi ſolam vim ſyllogiſticam ſeu illativam reſpexit.
- *Poſterioriſtica*, de qua philoſophus, 1, *Poſt. text.* 29. ubi materiæ neceſſitatem ſpectavit.

Itaq; *prior* illa hoc unum exigit, ut quicquid de ubjecto alicujus propoſitionis dicitur, poſſit etiam e omnibus ſub ſubjecto contentis affirmari. *Po-erior* verò duas conditiones deſiderat: quarum *ltera* illi cum *prioriſtica* communis eſt, *ſubiecti uni-erſitas*; eáq; non in collatione tantùm, ſed in di-ributione prædicati conſpicienda, quam tamen on eſt neceſſe ſigno univerſali indicare: (utuntur nim ſcientiæ ut plurimùm propoſitionibus inde-initis.) hanc *Ariſt.* ita exprimit, ut *non alicui inſit, icui verò non*: *Altera*, ipſi propria eſt, *temporis per-*

petuitas,

petuitas, ne aliquando insit, aliquando verò non.

OBIECT.

At dicet aliquis: hæ sunt propositiones de omni, Deus est sapiens, Deus est omnipotens: cùm predicatum subiecto indissolubili vinculo alligetur: & tamen subiecti universalitas repugnat, utpote quod nec actu, nec aptitudine partes subiectivas habet. Labitur ergò prior conditio.

SOL.

Com. ad cap. 4. lib. 1. Post. pag. 308.

Respondendum ex Cajetano, ad propositionem de omni non necessariò requiri universalitatem positivam, sed sufficere negativam: ita scil. ut nulla pars subiecti sit, cui tale prædicatum non conveniat: hanc autem esse in allatis illis propositionibus reperiri. Nec indignum est consideratione, quòd Arist. utramq; conditionem negativam ponat, quemadmodum in verbis modo adductis constat.

CAP. IIII.

De secundo gradu necessitatis, qui Per se.

DIvisionem τοῦ per se in quatuor modos, licèt multi ut parùm sufficientem rejecerint; nec omnes, sed tantùm principaliores species complecti asseruerint; alii è contra redundantem putarint: eam tamen nec carere necessarijs, nec redundare supervacuis, solidè confirmatur à Zabarella, lib. 1. de propos. necess. cap. 3. & 4.

OBIECT.

At quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur & alterum: tres verò solùm sunt modi per accidens: ergò totidem constitui debent modi per se.

SOL.

Argumentum istud diluetur, & modorum per se numerus

merus illustrabitur, adhibitâ sequenti distinctione, ex
barella, lib. 1. de proposit. necess. cap. 4.

Prædicatum & subiectum reipsâ non distinguuntur; & tunc existentia, subsistentia, & huiusmodi de re prædicantur: quæ si sit substantia, adeoq; per se subsistat, oritur tertius modus dicendi per se; sit accidens, neq; existat nisi in alio, fit modus per accidens illi oppositus.

omni propositione vel

Prædicatum à subiecto realiter distinguitur; & tunc vel ipsi inhæret: atq; ita aut est de essentia subiecti, & emergit primus modus per se; aut est accidens proprium essentiam cõsequens, & facit secundum modũ: Quòd si neutro modo insit, sed inhæreat tanquam accidens commune, erit modus per accidens his duobus oppositus. Vel est ab ipso distinctum, atq; ita si causâ sit, oritur quartus modus; si non sit causa, & tamen verè prædicetur, est modus per accidens ei oppositus.

his ita prælibatis, respondemus, primos duos modos, quatenus modo illi per accidens opponuntur, sortiri rationem primi; nempe, ut prædicatum alterutro modo sit subiecto essentiale, vel ut constituens, vel ut consequens.

OBIECT.

Verùm quinq; enumerantur à philosopho modi per se 5. Metaph. text. 23. & consequenter diminuta est prædicti divisio.

SOL.

petuitas, ne aliquando insit, aliquando verò non.

OBIECT.

At dicet aliquis: hæ sunt propositiones de omni, Deus est sapiens, Deus est omnipotens: cùm prædicatum subiecto indissolubili vinculo alligetur: & tamen subiecti universalitas repugnat, utpote quod nec actu, nec aptitudine partes subiectivas habet. Labitur ergò prior conditio.

SOL.

Com. ad cap. 4. lib. 1. Post. pag. 308.

Respondendum ex Cajetano, *ad propositionem de* omni *non necessariò requiri universalitatem* positivam, *sed sufficere* negativam: *ita scil. ut nulla pars subiecti sit, cui tale prædicatum non conveniat: hanc autem etiam in allatis illis propositionibus reperiri. Nec indignum est consideratione, quòd* Arist. *utramq; conditionem negativè ponat, quemadmodum in verbis modò adductis constat.*

CAP. IIII.

De secundo gradu necessitatis, qui Per se.

DIvisionem τῦ *per se* in quatuor modos, licèt multi ut *parùm sufficientem* rejecerint; neq; omnes, sed tantùm principaliores species complecti asseruerint; alii è contra *redundantem* putarint: eam tamen nec carere necessarijs, nec redundare supervacuis, solidè confirmatur à *Zabarella, lib. 1. de propos. necess. cap. 3. & 4.*

OBIECT.

At quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur & alterum: tres verò solùm sunt modi per accidens: ergò totidem constitui debent modi per se.

SOL.

Argumentum istud diluetur, & modorum per se

numerus

numerus illustrabitur, adhibitâ sequenti distinctione, ex Zabarella, lib. 1. de proposit. necess. cap. 4.

In omni propositione vel

- *Prædicatum & subiectum reipsâ non distinguuntur; & tunc existentia, subsistentia, & huiusmodi de re prædicantur: quæ si sit substantia, & adeoq; per se subsistat, oritur* tertius modus dicendi per se; *sin accidens, neq; existat nisi in alio, fit* modus per accidens *illi oppositus.*
- *Prædicatum à subiecto realiter distinguitur; & tunc vel ipsi inhæret atq; ita aut est de essentia subiecti, & emergit* primus modus per se; *aut est accidens proprium essentiam cõsequens, & facit* secundum modũ: *Quòd si neutro modo insit, sed inhæreat tanquam accidens commune, erit* modus per accidens *his duobus oppositus. Vel est ab ipso distinctum, atq; ita si causa sit, oritur* quartus modus; *si non sit causa, & tamen verè prædicetur, est* modus per accidens *ei oppositus.*

His ita prælibatis, respondemus, primos duos modos, quatenus modo illi per accidens opponuntur, sortiri rationem unius: nempe, ut prædicatum alterutro modo sit subiecto essentiale, vel ut constituens, vel ut consequens.

OBIECT.

Verùm quinq; enumerantur à philosopho modi per se 5. Metaph. text. 23. *& consequenter diminuta est præsens divisio.*

SOL.

SOL.

Respondent nonnulli, duos primos modos illic tradi- ad primum modum hic assignatum pertinere. Quod quidem licèt verum sit, quia tamen reliqui tres modi ibi positi à nostris tribus posterioribus magnopere discrepant, nihil argumentum non tollit. Dicendum igitur per se *ibi longè alio sensu accipi, atq; hic. Ibi enim ut affectio entis, quà ens est; hic ut conditio propositionis demonstrativæ sumitur: ac proinde mirum non debet esse, si illi modi ab his nostris diversi sint.*

CAP. 5.

De primo modo dicendi per se.

IAm ut singulos dicendi *per se* modos distinctiùs explicemus: *primus est, quando prædicatum est de definitione subiecti, Arist.* ita, *quæcunq; insunt in eo, quod quid est.* Vbi verba hæc [*in eo quod quid est*] non significant *illud, in quo* prædicatum inesse dicitur, sed *modum* tantùm notant, quo inest: Id enim *cui* inesse subauditur; quod tum ex usu vocis ὑπάρχειν, tum ex aliis *Arist.* locis, egregiè demonstrat *Zabarella*: ut sensus verborum sit, *quæcunq; prædicata insunt subiecto in eo, quod quid est.* Sunt itaq; hujus modi duæ conditiones: *altera*, ut prædicatum reipsâ insit in subjecto; adeóq; (quod naturalem facit prædicationem) subjectum propositionis sit subjectum etiam rei ipsius: *altera*, ut subjecti essentiam constituat, & definitionem ingrediatur. Vnde facili negotio refelluntur erroneæ aliquot circa hunc modum opiniones.

Lib. 1. Post. text. 33.

Lib. 1. de propos. nec cap. 6.

Quæst. 19. super lib. 1. Post.

Prima est *Scoti*, qui propositiones identicas, in quibus idem dicitur de seipso, hîc reponi voluit: istæ enim utrâq; requisitâ conditione destituuntur:

idem

dem enim neq; sibi ipsi ineſt, neq; in ſuam definitionem aſſumitur. Prætereà *Ariſt.* non videntur 7. *Metaph. text.* 59.
lignæ, quæ propoſitiones appellentur, multò minùs *per ſe*. Deniq; pari ratione collocâſſet eas *Scotus* in ſecundo modo, quâ in prima, quod tamen non fecit: non enim magis dici poteſt prædicatũ de ſubjecti in identicis propoſitionibus, quàm ſubjectum de prædicati definitione eſſe. Quando verò * *Ariſt.* dicat hominem eſſe hominem *per ſe*, is * 5. *Metaph.* voce *per ſe* latâ ſignificatione uſus eſt, pro illo quod *text.* 23.
medio caret, per quod oſtendatur. *Secunda* eſt (a) *Pauli Veneti*, & (b) *Apollinaris*, qui propoſitiones, a *Com. ad lib. 1. Poſt. text.* 30. *fol.* 16. *col.* 1.
in quibus inferius ſuperiori, vel definitioni definitum attribuitur, ſi non *primariò* & *directè*, *ſecundariò* tamen & *reductivè* huc admittunt. Verùm & iſtæ, b *Quæſt.* 21. *ſup.* 1. *lib. Poſt. concluſ.* 4 *pag.* 255. *lit. C.*
quòd utrâq; conditione careant, planè excludendæ ſunt: nam inferius ut non definit ſuperius, ita & ei actu non ineſt. Neq; eſt, quod amplius dicant, vix uliam eſſe diſcrepantiam inter hanc, *Homo eſt animal*; & iſtam, *Animal eſt homo*: nam ex diametro penè opponuntur, cùm prædicatio fiat in illa *naturalis*, in hac verò *contra naturam*. *Tertia* opinio * *Themiſtii* eſt, qui prædicationem generis de differẽtia dividente, voluit *per ſe* hoc modo eſſe. Sed & iſti utraq; conditio allata deeſt. Genus enim nec differẽtiæ ineſt, ſed potiùs generi differentia, ſaltẽ poteſtate: neq; ſumitur in differẽtiæ definitione, cùm ſint duæ partes eſſentiales diſtinctæ, quarũ neutra alterã, ſed utraq; ſpeciẽ conſtituit. Adde, quod *Ariſt. l. 6. Top. c. 6. §. 14.* diſertis verbis ponat, & pluribus argumentis probet, *genus differentiæ non attribui*. Hæc ergò, nec præterquam alia, vera ſunt hujus modi prædicata. 1. Tota definitio, ut *homo eſt animal rationale*. 2. genus proximũ, ut *homo eſt animal*. 3. differen-

* *Vid. Zab. cap.* 4. *lib.* 2. *de poſt. neceſſ.*

tia

tia proxima, ut *homo est rationalis*. 4. genus remotum ut *homo est corpus*. 5. differentia remota, ut *homo est animatus*.

OBIECT.

At duo posteriora non ingrediuntur definitionem.

SOL.

Respondendum, non ea quidem in definitione exprimi, sed in proximo genere, quod exprimitur actu, includi & contineri.

Prædicata hæc quinq; de *specie* sunt: quibus addendum est sextum, quandò efficiens causa interna de *effectu* prædicatur, ut *risibile est rationale*.

OBIECT.

Si replicetur rationale non inesse risibili, & consequenter non posse istam propositionem collocari in primo modo, cùm priore eius conditione destituatur;

SOL.

Zab. lib. 2. de propos. necess. cap. 13. col. 398. & seqq.

Dicendum, subiectum inhærentiæ illius propositionis licèt non actu *&* explicitè, virtute *tamen &* potestate *comprehendi. Nam quandò dicimus*, risibile est rationale, *significamus in eodem subiecto, in quo inest risibilitas, inesse etiam rationalitatem: ita ut quando neutrum inhæret alteri, sufficiat, ut utrumq; inhæreat alicui tertio: quod hic contingit.*

CAP. 6.

De secundo modo dicendi per se.

Lib. 1. Post. text. 31.

SEcundus modus vice versâ se habet; estq; *cuius subiectum sit de definitione prædicati. Arist.* huncin modum effert: *Et quibuscunq, eorum, quæ insunt ipsis, ipsa insunt in oratione quid est declarante.* Vnde emergunt duæ pariter ejus conditiones: *Prior*, ut prædicatum

dicatum reipsâ insit in subjecto; *posterior*, ut subjectum insit in definitione (non quâvis, sed perfecta) prædicati. Per illam solam non distinguitur à primo, per hanc à quarto: sed per utramq; ab ambobus. Hîc non abs re erit animadvertere cum *Zabarella* ex *Thoma Aquinate*, accidens proprium duplicem habere à subjecto suo dependentiam; aliam tanquam à materia *externa*, in qua recipitur: aliam tanquâ ab efficiente *interna*, à qua producitur: priorem, ut subjectum pro toto compositio; posteriorem, ut pro sola forma sumitur. Diximus ab efficiente *interna*: externa enim efficiens ad quartum modum pertinet. Si quis autem omnem efficientem causam externam esse instabit; causam verò internam nullam esse, præter materiam & formam; dicemus efficientem effectui internam dici, non secundùm *essentiam*; sed secundùm *locum* & *subjectum*, non quòd *in effectu*, sed quòd simul *cum effectu* sit. Solet hæc efficiens dici *per emanationem*, & opponi illis, quæ per veram *actionem* & *passionem* agunt, & *ad extra*. Est itaq; hujus modi unicum prædicatum, *propria passio*; sive ea *simplex* sit, & unicâ dictione proferenda, ut *risibile hominis*, *hinnibile equi*: sive *disjuncta*, quæ per plures & oppositas quodammodò dictiones effertur, ut *par & impar in numero*, *curvum & rectum in linea*. Hujus distinctionis propriæ passionis mentionem facit *Arist. text.* 35. Hoc prædicatum cum duplici subjecto duas propositiones facit: *alteram*, quando proprio & adæquato subjecto tribuitur, ut *homo est risibilis*; *alteram*, quando cum vera & proxima efficiente conjungitur, ut *rationale est risibile*.

Lib. 1. de propos. nec. cap. 10. coll. 363. lit. C. & 364. lit. F.

CAP. 7.

De tertio modo dicendi per se.

1. Post. text. 33. TErtius modus dicendi per se est, quando *de substantia existentia prædicatur*. *Arist.* ita definit: *quod non dicitur de ullo alio subiecto, nec aliud quiddam est, quàm id quod est.* Vnde una & simplex conditio est hujus modi, ut subjectum non insit in alio subjecto. Et est hujus modi prædicatum unicum, ὕπαρξις, seu *existentia* substantiarum: quæ pro ratione duplicis subjecti duas propositiones constituit: unam, cùm assumit sibi substantiam singularem, quæ *non omninò* de subjecto dicitur, ut *Petrus est*, vel *existit*; alteram, cùm conjungitur cum substantia universali, quæ dicitur quidem de subjecto *prædicationis*; sed non de subjecto *alio*, seu alterius prædicamenti, quod est subjectum *inhesionis*, ut *homo est*, id est, *homo existit*. Sed illud hîc animadvertendum, non esse hunc modum *propriè* dicendi *per se*, sed *impropriè*. *Per se* enim hîc sumitur, nec ut opponitur τῷ *per accidens* (nam ita accidentia existunt *per se*:) nec ut opponitur τῷ *per aliud* (ita enim substantiæ universales non essent in hoc modo, cùm existunt gratiâ singularium:) sed ut independentiam significat, seu non ineſſentiam, & ut opponitur τῷ *in alio*, quâ ratione accidentibus non convenit. Quando ergò *Arist.* modum per accidens huic oppositum facit, *usitatè* magis loquitur, quàm *accuratè*: cùm modus is, ut dixi, appellandus sit *in alio*. Controversum est inter interpretes, num sit *essendi* tantùm hic modus, an verò *prædicandi*? Illud opinati sunt omnes, qui *Zabarellam* ante-

anteceſſerunt, præter unum *Averroem*: hoc ipſe *Zabarella*: cujus ſententiæ nos ſubſcribimus. Nam præterquàm quòd *Ariſt.* modos *prædicandi* cum *eſſendi* modis commiſcere non eſt veriſimile, modos *eſſendi* conſiderare *Metaphyſici* munus eſt, non *Logici*, ad quem modi *prædicandi* tantùm, ſeu *propoſitionum* ſpectant: quamvis non deſunt adverſariæ parti rationes probabilitatis ſpeciem referentes. *lib. 1. de propoſ. nec. c. 3. 4. & 5.*

OBIECT.

Nam Ariſt. *ea in hoc modo collocat*, quæ de nullo dicuntur, & quæ ſignificant hoc aliquid: *quorum utrumq; deſignat ſubſtantias ſingulares. Sed ex ſingularibus non conficitur prædicatio ulla demonſtrativa. Sequitur ergò, non eſſe hunc modum prædicandi.*

SOL.

Nos verò facilè dabimus id, quod ſolum hic evincendum proponitur, non eſſe hanc prædicationem demonſtrativam, & tamen eſſe per ſe contendimus: cùm Ariſt. *non utiles tantùm, ſed etiam inutiles modos recenſeat, ut paulò inferiùs declarabitur. Deinde non ait* Ariſt. *ſimpliciter,* quæ dicuntur de nullo ſubjecto, *ſed* quæ dicuntur de nullo alio ſubjecto, *hoc eſt, diverſi generis & alterius prædicamenti: ita ut non excludantur ſecundæ ſubſtantiæ, quæ de primis in eâdem ſerie contentis enuncian-tur, ſed ſola accidentia, quæ ſubiecto peregrino attribuuntur. Ad vocem* hoc aliquid *quod attinet, licèt concedere poſſimus cum* Zabarella, *eam ſingulares ſubſtantias, quarum primariò eſt exiſtentia, denotare; nec propterea excludi ſecundas, quippe quæ in ſingularibus, & cum iis exiſtunt: malumus tamen ex ipſius vocis ambiguitate reſpondere,* *Cap. 10. huius ſect. pag. 90.* *ad text. 33. lib. 1. Poſt. col. 705. lit. F.*

Hoc aliquid *sumi tripliciter, vel pro*
- Subſtantia individua, *ut in cap. ſubſtantia.*
- Subſtantia compoſita: *unde ait Philoſophus, 2. de anima, text. 2.* formam facere hoc aliquid.
- Quavis ſubſtantia, *ut 3. Phyſ. text.* *Atq; ita hoc loco uſurpatur, ut colligi poteſt ex ipſo modo locutionis*, ſubſtantia, & quæ ſignificat hoc aliquid.

CAP. 8.

De quarto modo dicendi per ſe.

QVartus & ultimus modus eſt, quando inter *prædicatum & ſubiectum nexus eſt cauſalis ex externæ.* *Cauſæ externæ* nomine quid intelligi de
* pag. 40. & 81 bet, paulò * ſuperiùs oſtenſum eſt. Ariſt. hunc modum ita definit, *quod propter ſe in eſt unicuiq.* effectum
Com. ad lib. 1. Poſt. text. 34. ſcil: interprete *Zabarellâ*, in aliqua re productum a externa cauſa. Quòd externa cauſa (ea quæ ab effectu ſubjecto diſtat) locum hîc obtineat, nullus interpretum qui diffitetur: ipſa enim inſtantia *Ariſt.* de *ingulato* & *interitu* hoc evincit. Quòd autem ea ſolùm hîc reponatur, hoc ferè omnes negant. Nos cum *Zabarella* aſſerimus: aſſertumq; confirmamus. Cauſa efficiens interna ſi prædicetur de effectu, ad primum modum pertinet; quia effectui & ineſt (non in *abſtracto*, ſed *concreto*) & ejus eſſentia eſt: Si de ea effectus, ad ſecundum ſpectat: quippe eâdem ratione effectus cauſæ ineſt, & ſubjectū eſt de definitione prædicati. Vtrolibet ergò modo pertinet vel ad primum, vel ad ſecundum

Lib. 1. de propoſ. nec. cap. 4. & ſeqq.

Nor

Non ergò locus ei in quarto modo relinquitur: nisi velimus eandem propositionem in pluribus simul modis esse posse, quod sine absurdo dicere haud quidem possumus. Sola ergò efficiens externa locum hîc habebit: quod non dicimus, ut finalem excludamus, sed solùm efficientem internam. Quatuor igitur ad summum sunt in hoc modo propositionum genera. 1. quando causa efficiens externa de effectu prædicatur, ut *quod patitur eclipsin, inter illud & solem terra interponitur.* 2. quando vice versâ de efficiente prædicatur effectus externus, ut *inter quod & solem terra interponitur, illud patitur eclipsin.* 3. quando destinato attribuitur finalis causa, ut *qui non vult cibum fluitare ad os ventriculi, vult esse sanus.* 4. cùm è contrà destinatum de finali causa prædicatur, ut *qui vult esse sanus, non vult cibum fluitare ad os ventriculi.* Atq; hæc de quatuor dicendi per se modis dixisse sufficiat.

Libet hîc coronidis loco, collationem instituere quatuor modorum per se cum quatuor causarum generibus: præsertim cùm *Arist. 5. Met. text. 23. causam & per se invicem converti doceat.* Ad *primum* ergò modum pertinent duæ causæ internæ & essentiales, materia & forma: Vtraq; enim composito inest, & de ejus essentia est, Ad *secundum* pro duplici prædicatione, quæ in eo locum obtinet, causa interna efficiens, à qua emanat; & materia externa, in qua recipitur propria passio. Ad *tertium* causa formalis: sed alio sensu, quàm ad primum pertinet: ibi enim expressè & actu prædicatum esse potest; hîc implicitè tantùm & potestate collocatur, in quantum existentię, quæ hîc prædicatur, causa esse dicitur. Ad *quartum* referun-

Zab. lib. 1. de prop. nec. cap. 7. 8. 9. & 10.

referuntur externa efficiens & finalis: quod ex ijs intelligi potest, quæ in initio diximus hujus capitis. Subjiciam hic tabellam, ut ad oculum pateat hæc collatio modorum per se cum quatuor generibus causarum, quam intueri potes vel negligere.



CAP. 9.

De conversione propositionum per se.

DVæ adhuc supersunt circa hunc gradum expediendę quęstiones: *altera* de conversione propositionum per se; *altera* de earundem utilitate. Primùm ergò quærimus,

An propositio per se convertatur in aliam per se?

Hîc *Scotistarum* cum *Thomistis* perenne certamen est & pugna: dum hi universim & sine exceptione asserant; illi totidem verbis negent, propositionem per se primi modi, si convertatur, evadere propositionem modi secundi, & è contra: licèt inter *Scotistas* (a) *Faventinus*, inter *Thomistas* (b) *Caietanus* aliquam ponant limitationem. Nos verò

a *theor.* 8.
b *in cap.* 4. *lib.* 1. *Post. pag.* 320.

verò mediæ viæ insistere malumus, & illud in quibusdam verum, in aliis falsum esse statuimus : ita *Zabarella lib.2. de prop. nec. cap.13.* Et contra *Thomistas* quidem satis efficax est ea ratio, quòd in his propositionibus, *animal est homo, risibile est homo, rationale est homo*, & hujusmodi, prædicatio fiat contra naturam : utpote quibus deest prior illa conditio duobus primis modis dicendi per se communis, nempe, ut *prædicatum reipsa & extra animum insit in subiecto.* Vnde apparet, quodnam illud fuerit, quod eos pellexerit in hanc sententiam : quòd scil. unicam statuerint conditionem primi modi, ut *prædicatum de definitione subiecti* ; & similiter unicam secundi, ut *subiectum sit de definitione prædicati* : quod falsum esse superiùs ex *Arist.* manifestum fecimus. Ad *Scotistas* verò quod attinet, ita adversùs eos instamus. Hæc propositio, *rationale est risibile*, est per se secundo modo: & rursus ista, *risibile est rationale*, est in primo modo : quod ex eo liquet, quia locum habet maioris propositionis in demonstratione, illa quidem διότι, hæc ὅτι; & consequenter contra naturam non sunt: cùm propositionum talium non sit usus ullus in scientiis; demonstrationum, etiam ὅτι, magnus & necessarius.

Iam ut distinctiùs declaremus, ubinam hæc conversio valeat, ubi non; duo pronuncianus. *Primum*, in quarto modo (si termini, efficiens externa & effectus, finis & destinatum, sint adæquati) posse eam generatim & sine exceptione dari : ita ut quælibet hujus modi propositio per transpositionem terminorum in aliam ejusdem modi mutetur. *Secundum*, dari etiam in primo & secundo modo, sed cum limitatione & exceptione : ita ut illa solùm secundi modi propositio, in qua effectus

causæ efficienti internæ attribuitur, per conversionem in primum modum migrare possit: Et illa solùm primi modi, in qua causa efficiens externa de effectu prædicatur, vicissim migret in secundum. Ratio utriusq; asserti eadem esse potest. Causa enim, quarè hæ propositiones per se, *homo est animal, est rationalis, est risibilis,* (in quibus genus de specie, differentia de specie, proprium de subjecto prædicantur) non convertantur in alias per se, unica est; quia fieret prædicatio contra naturam. In talibus autem propositionibus, ubi efficiens (externa an interna, non multùm refert) de effectu, vel finis de destinato, vel hæc de illis prædicantur, non habet locum prædicatio contra naturam. Prædicatio contrà naturam est, quandò id quod extra animum alteri inest, in propositione subjicitur; & id, quod extra animum alteri subest, in propositione prædicatur. At quando termini propositionis sunt ita disjuncti (non semper *loco*, sed *naturâ*) ut neuter inexistat alteri secundùm formalitatem (quod in propositionibus hujus generis evenit) utrumlibet de altero possumus prædicare, & neutro modo fit prædicatio contra naturam. In aliis autem propositionibus, ut in quibus species de genere, species de differentia, subjectum de propria passione prædicatur, prædicationes fiunt contra naturam: ut in quibus prædicatum non inest subjecto, sed subjectum prædicato: quod est contra naturam prędicationis, ut diximus.

OBIECT.

At ista propositio, risibile est homo, *est quatenus ipsum; ideoq; per se: cùm tertius gradus præsupponat & includat secundum. Atq; ita plures dabuntur propositiones*

converti-

convertibiles, quàm quas assignavimus.

SOL.

Resp. non esse illam propositionem, quatenus ipsum. *Neq; enim semper inter pares & reciprocos terminos dulex oritur propositio,* quatenus ipsum: *sed aliquando convertens & conversa, aliquando altera tantùm talis fici potest: quod in allata instantia fieri dicimus. Si quærat aliquis, quo pacto ergò hîc discerni potest propositionum ista, quæ est* quatenus ipsum, *à illa quæ non est; dicimus per naturalem, & non naturalem prædicationem: Nam illa admittenda, hæc reycienda est.*

CAP. 10.

De utilitate modorum per se.

PRoximo loco quærimus,

Vtrùm omnes modi dicendi per se sint utiles ad demonstrationem?

ET sunt quidem plures in illa sententia, ut, ne videatur *Arist.* frustra quicquam & nullum in sum tradidisse, omnes modos ad demonstrationem necessarios asserant. Ita [a] *Apollinaris*, [b] *Albertus de Saxonia*, [c] *Caietanus*. & alij. Alij authoritatibus quibusdam apud *Arist.* moti, priores tantùm duos demonstrationi inservientes admittunt. [d] *Averroes*, ejusq; sectatores. Nos verò veritatem ejus rei in mediocritate reperiendam arbitrantes, ita cum [d] *Zabarella*, & [e] *Crellio* statuimus, primum eidem modum *sæpe*, secundum *semper*, tertium *nunquam*,

a *quæst.* 26. *sup.* 1. *lib. Post.*
b *quæst.* 21. *sup.* 1. *lib. Post.*
c *Sup. cap.* 4. *lib.* 1. *Post. quæst.* 3. *pag.* 319.
d *lib.* 2. *de prop. nec. cap.* 12. 13. & 14.
e *Hag. log. part. prop. lib.* 1. *cap.* 5.

nunquam, quartum *rarò* utilem ad potissimam demonstrationem esse. Quæ omnia sigillatim ostendemus.

Et ad *primum* modum quod attinet, locus illi non potest esse alius in demonstratione, quàm minoris (cùm in majore & conclusione semper prædicetur accidens proprium;) quem tamen non semper, sed tum solùm occupat, quando affectio ostenditur per definitionem subjecti; ut in illa demonstratione *risibilitatis* de *homine* per *rationalitatem*, minor est, *omnis homo est rationalis*.

Secundus autem modus, quia in majore *plurimarum* demonstrationum reperitur; nempe, quandocunq; affectio demonstratur per causam internam: in minore *multarum*, putà, earum quæ affectionem de subjecto per aliud accidens ostendunt: in conclusione autem *omnium*, cùm in ea prædicetur affectio de subjecto; ideò *semper* utilis asseritur.

Tertius porrò modus planè relegandus est à demonstratione: cùm in demonstratione propositiones omnes sint tertij adjacentis, omnisq; demonstratio tres terminos reales & re distinctos postulet. Quòd verò addducunt quidam, hunc modum eo nomine utilem esse, quia demonstrationis subjectum, nempe, substantia, inde petitur, ridiculum planè est & insulsum. Nam pari ratione dixissent primum modum ideò utilem, quia causam: & secundum, quia affectionem habet. *Arist.* verò scopus, de quo isti videntur tantoperè soliciti, is est, ut primò omnes modos dicendi per se recenseret; posteà verò utiles & demonstrationi inservientes, dimissis cæteris, eligeret.

Quartum deniq; modum ea de causa *rarò* utilem diximus, quia effectus rarò cum externa causa

causa effectrice reciprocatur: sed plærunq; vel hæc existit, antequàm effectum produxerit; vel illa manet post causam interemptam, & consequenter ad demonstrationem utilis esse nequit. Quia tamen aliquando evenit, ut efficiens externa æqualis sit effectui, & simul cum eo, quemadmodum in *interpositione terræ* respectu *lunaris eclipseos* contingit; ideò non simpliciter hunc modum repudiamus: sed admittimus ita, ut majoris propositionis locum obtineat in demonstrationibus ab externis causis petitis, ut *quod prohibetur radijs solaribus à terra obiecta, id obscuratur.* Quod hic de effectrice causa diximus, idem de finali intelligi volumus.

OBIECT.

Verùm Arist. *solos duos priores tanquàm utiles recenset*, 1. Post. text. 35. *Imò* syllogismum demonstrativum ex hujusmodi propositionibus, *hoc est, primi, vel secundi modi*, constare, *apertè pronunciat*, text. 44.

SOL.

Ad priorem instantiam dupliciter respondeo. Primò, quartum modum ab eo neglectum propter raram utilitatem: in disciplinis enim nulla ratio habenda est eorum, quæ rarò eveniunt. Secundò, hunc modum comprehendi sub secundo. Cùm enim duæ sint secundi modi conditiones; altera communis alijs, nempe ut prædicatum insit in subiecto; altera magis peculiaris, ut subiectum sit in definitione prædicati: & propositiones aliquæ quarti modi hanc sortiantur conditionem; ideò rectè potuit Arist. *eas ad secundum modum reducere. Ad instantiam posteriorem dicimus,* Arist. *ab initio* text. 44. *unde hæc verba desumuntur, ad* text. 56. *de demonstratione per internam causam factâ intelligendum esse. Vnde & eod.* text. 56. per se, *inquit*, oportet & medium tertio, &

primum

primum medio ineſſe: *ideoq; non mirum, ſi quartum modum excludat. Et ne propter præcedentia ſimpliciter reiectum arbitremur hunc modum*, text. 65. *eum clarè verbis admittit*: Eorum autem, *inquit*, quæ ſæpe fiunt, *id eſt, quæ ab externis cauſis producuntur (nam quæ ab interna cauſa emanant, ea ſemper ſubiecto inſunt)* demonſtrationes & ſcientias perſpicuum eſt, quà tales ſunt, ſemper eſſe.

CAP. II.

De tertio gradu neceſſitatis, Quatenus ipſum.

TErtius neceſſitatis gradus duplicem ſortitur appellationem: quandoq; enim *quatenus ipſum*, quandoq; *univerſale*, & *univerſale primum* ab *Ariſt.* dicitur. Vbi animadvertendum, *univerſale* (cujus vocis multæ ſunt acceptiones) nec ſumi pro natura communi, ſeu *univerſali in prædicando*; nec pro cauſa univerſali, ſeu *univerſali in cauſando*; neq; pro ſigno univerſali, ſeu *univerſali in ſignificando*; ſed minùs frequenti ſignificatione, pro univerſali propoſitione, in qua ſubjectum & prædicatum ejuſdem latitudinis & ambitus ſunt. Differt verò propoſitio hæc univerſalis *poſterioriſtica* ab illa *prioriſtica*, quòd hæc quidem denotat univerſalitatem ſubjecti reſpectu prædicati; illa univerſalitatem prædicati reſpectu ſubjecti: ita, ut nihil ejus prædicati extra illud ſubjectum reperiatur. Hujus *Ariſt.* duplicem tradit definitionem: *alteram* his verbis: *Vniverſale illud dico, quod & de omni eſt*, & *per ſe, & quatenus ipſum*, hoc eſt, ſecundùm propriam ſubjecti naturam: Inde homo per ſeipſum *riſibilis* dicitur, *ſenſibilis* verò minimè: quia ſenſibile

1. *Poſt. text. 36.*

illi

illi ineſt, non quatenus *homo*, ſed quatenus *animal*. *Alteram* his: *universale eſt, cùm de quolibet & primo*, nempe ſubjecto, *monſtratur prædicatum*. Primum ſubjectum illud eſt, cui primò, id eſt, nullo mediante quippiam inhęret: unde *animal* ſecundarium eſt ſubjectum *mobilitatis*, utpote quia convenit alteri priori, ſcil. *corpori*. *Ibid. text. 37.*

OBIECTIO.

Sed neutra harum deſcriptionum vacat difficultate: nam rectitudo *prædicatur* de linea *universaliter*, *aſſerente* Ariſt. text. 36. *Nec tamen ineſt omni, vel monſtratur de qualibet, cùm quædam linea ſit curva.*

SOLVTIO.

Huic dubio reſponderi poteſt, dicendo, nomine rectitudinis *eò loci intelligi totam illam aggregatam paſſionẽ lineæ, quæ per duas haſce voces* rectum *&* curvum *efferri ſolet: atq; ita convenire omni lineæ. Vel etiam intelligi aptitudinem ad eſſe rectum, quæ etiam lineæ curvæ competit.*

CAP. 12.

De prædicatis universalibus.

PRædicata universalia ſunt iſta. 1. Tota definitio reſpectu definiti. 2. Differentia ultima reſpectu ſpeciei. 3. Propria paſſio reſpectu ſubjecti & cauſæ. 4. Efficiens reſpectu propriæ paſſionis. *Themiſtius* duplicem aliam prædicationem huc adjecit, *alteram* generis de differentia dividente, *alteram* ejuſdem de ſpecie ſubjacente. Priorem cùm * ſuperius non eſſe *per ſe* ſatis demonſtraverimus, non erit opus hìc excludere: ſed poſteriorem potiùs, (in qua ponenda præter *Themiſtium*, omnes penè *Latini* interpretes, teſte *Zabarellâ*, conſentiunt) examinare; quærentes, *Utrum* * *Pag. 79.* *Lib. 2. de prop. nec. cap. 3.*

Utrùm generis prædicatio de specie sit quatenus ipsum?

NEc tamen plenam hujus rei enucleationem intendimus, sed solutionem tantùm quorundam argumentorum, quæ ex duplici descriptione universalis ad astruendam suam sententiam à *Latinis* adducuntur. Ita enim ex priori definitione arguunt.

OBIECTIO.

Vniversale illud est, quod de omni est, & per se, & quatenus ipsum: *At prædicatio generis de specie est huiusmodi: ergò est universalis. Quòd* de omni *sit, &* per se *negari non potest: quòd verò etiam* quatenus ipsum, *inde liquet; quia in conceptu hominis conceptus animalis essentialiter includitur; atq; animal est de ipsa natura hominis: ergò homo quatenus homo, est animal. Hoc enim negato, sequeretur, hominem per aliquod externum, & non per internam rationem esse animal: quod falsum est.*

SOL.

Zabarella *huic argumento hâc distinctione erutâ (ut ait) de suo cerebro conatur satisfacere,*

Lib. 2. de prop. nec. cap. 8.

Latè & *satis* impropriè, *quando nihil aliud significat, quàm internum principium seu internam rationem, ac proinde principium externum & externam rationem excludit: ita vera est hæc propositio,* homo quatenus homo, est animal: *hoc est, ex interna ratione est animal.*

Strictè & *magis* propriè, *ut dicat eandem*

Quatenus ipsum *sumi potest vel*

eandem esse utriusq; extremi rationem, in qua ratione vera est hæc propositio, homo quatenus homo est risibilis: *quia significat eandem esse rationem, quâ est* homo, *& quâ est* risibilis: *Per formam enim propriam habet, ut sit* homo; *& per eandem ut sit* risibilis. *Sed hæc non est vera*, homo quatenus homo, est animal: *nam per sensum est* animal, *at* homo *per rationem.*

Verùm hæc distinctio parùm digna est, de cuius inventione tantoperè sibi placeat vir doctissimus: Nam neq; in omnibus propositionibus quatenus ipsum, *eadem est ratio utriusq; extremi: neq; omnes, quæ tales sunt, sunt* quatenus ipsum. *Hæc enim propositio*, Luna patitur eclipsin, *est* quatenus ipsum, *cùm sit potissimæ demonstrationis conclusio: at eandem hîc esse causam utriusq; extremi, ipse negat* Zabarella: *cùm luna, quòd luna sit, suæ* formæ; *quòd eclipsin patiatur*, interpositioni terræ *debeat.* *Lib. 1. de med. demonst. cap. 12.*

Præterea in his propositionibus, Omne risibile est disciplinæ capax, omne flebile est risibile, *eadem est ratio utriusq; extremi, forma scil. hominis: quæ tamen propositiones* quatenus ipsum *dici nequeant, cùm non sint in ullo modo* per se. *Respondendum ergò, quodcunq; convenit homini per naturam* propriam, *hoc est formam specificã, illud ei competere* quatenus ipsum; *non autem quod convenit per naturam* communem *ei cum bruto, qualis est natura animalis.*

Obiect.

Ex posteriori universalis descriptione Latini *ulteriùs ita instant.* Vniversale illud est, quod de quolibet, & primò dicitur: *At animal de quolibet homine dicitur*

& primò dicitur : cùm inter animal & hominem non sit interpositum aliud subiectum medium, cui priùs insit animal, quàm homini.

SOLVTIO.

Lib. 1. de med. demonst. cap. 9.

Vt intactam omittamus solutionem illam Zabarellæ *de* quodam animali, *quod ille inter animal & hominem medio loco positum de homine quatenus ipsum praedicari asserit, secutus* Averroem; *ita ad propositum argumentum respondemus,*

Primum est duplex,
- *Aliud, quod nihil se prius habet, habet tamen æquè primum : & hoc modo genus primò de specie dicitur, quia de nullo priore. Sed hæc* Cæsariana *prioritas non sufficit, neq; in descriptione universalis intelligitur.*
- *Aliud, quod nihil vel se prius habet, vel æquè primum: quæ prioritas est* Pompeiana. *Sic animal primò non praedicatur de homine, quia de bruto æquè primò: Et hoc sensu vox* primò *in citata definitione usurpatur.*

Quærendum hîc esset, *quomodo hic necessitatis gradus inserviat demonstrationi*; atq; *an omnes propositiones demonstrationis potissimæ sint quatenus ipsum?* Sed quia hanc rem ex illis, quæ *superiùs de usu modorum *per se* in demonstratione potissima satis liquere arbitramur, (omnes enim illæ propositiones *per se*, quas in demonstrationem admisimus, sunt etiam *quatenus ipsum*) ideò simul & huic labori supersedebimus, & toti huic de forma demonstrationis tractationi finem imponemus.

* pag. 90.

LIB. II.

LIB. II. SECT. III.

De demonstrationis causa finali, nempe, scientia.

CAP. I.

Scientia an sit.

ATque jam tandem ad finalem demonstrationis causam, nempe, scientiam explicandam deventi sumus: de qua quatuor ista tractatione non sunt indigna. 1. *An sit?* 2. *Quid sit?* 3. *Quibus egeat?* 4. *Quæ sunt eius opposita?*

An sit verò non simpliciter contra *Scepticos* quæsimus, sed contra *Platonicos*,

An sit scientia de novo?

OPinatus est enim *Plato*, animam humanam, antequàm corpus ingrediatur, rerum omnium scientiâ sive *acquisitâ*, sive *infusâ* imbui: at post ejus cum corpore terreno, caduco, crasso unionem densissimis obvolvi tenebris, & omnium obliviscij; atq;, dum posteà ad seipsam rediret, per *reminiscentiam* cuncta recognoscere. Non desunt tamen, qui conciliationem *Platonis* cum *Arist.* in hac controversia aggrediuntur. Alij quidem *Platonem* trahendo ad *Arist.* cùm *Plato* in *Philebo* similem dicat humanum intellectum libello, in quo nihil est descriptum: Alij verò *Arist.* trahendo ad *Platonem*. Cùm enim asserat philosophus 2. *de gen. animal*, c. 3.

mentem nobis θύραθεν, deforis, extrinsecùs accedere; sequi volunt isti, animam quoad *Arist.* esse corpore antiquiorem: aliter enim dici non posse, illam accedere ad corpus. Et cùm idem, 7. *Phys. text* 20. in intellectiva parte animæ, quando acquiritur scientia, non esse *alterationem* dicit; inferunt hi, animâ jam olim hâc scientiâ præditam, cùm alioqui non possit non esse in ea *alteratio*. Ego quidem *Platonem* ad *Aristotelicam* sententiam facilè adduci posse, non magnoperè negarem: *Arist.* verò ad *Platonicam* trahi posse, confidenter nego. Nam primò nullam formam ante materiam existere, disertè docetur, 12. *Metaph. text.* 16. & 17. his verbis: *Causæ itaq; moventes tanquam anteà ortæ existunt: quæ verò ut ratio & forma, simul sunt: cùm enim sanus sit homo, tunc etiam sanitas est; & forma æneæ sphæræ simul atq; ænea sphæra. Si autem aliquid posteriùs permanet, considerandū est: in quibusdam enim nihil prohibet, veluti si anima talis sit, non omnis, sed intellectiua.* Neq; valet, si dicat quispiam, quatenus *forma* est & quoad actum *informandi*, non quatenus *ens* & quoad actum *existendi*, intelligi debere *Arist.* Ita enim frustra proposuisset illam dubitationem, an *forma aliquâ materiâ posteriùs remaneat:* cùm certum sit, hoc sensu nullam remanere posse. Quin & falsò asseruisset, nihil prohibere, quo minùs anima intellectiva permaneat: non enim jam separata materiam ullam animare aut actuare potest. Porrò scientiam nemini à nativitate inesse, satis docetur, 3. *de Anima. text.* 14. ubi assimilatur intellectus rasæ tabulæ, in qua nihil est depictum actu. Et *eiusdem lib. text.* 5. ubi intellectum possibilem ex se nihil actu esse ostenditur, sed puram potentiam, non quidem in genere *entium*, sed (ut distinguunt interpretes) in genere *intelligibilium.*

um. Deniq; solutionem argumenti *Platonici* aggreditur *Arist.* 1. *Post. cap.* 1. Age verò, rationibus pro hac *Arist.* adversùs illam *Platonis* opinionem dimicemus. Et primum illud, nempe, *antiquiores esse corporibus nostras animas* (quod fundamentum est, & basis totius *Platonicæ* disputationis) non opus est, ut multis refutemus: cùm eadem hæc assertio à *Theologis* inter impias *Manichæorum* hæreses, & graves *Originis* errores enumeretur. Nam *illi* animas ab æterno extitisse, *hic* ante mundum visibilem creatas fuisse; *utriq;* corporibus præextitisse arbitrabantur. Vtriq;, & cum iis *Plato* plenè & solidè refutantur à *Thoma Aquinate lib.* 2. *contra gentes, cap.* 83. & eodé loco à *Ferrariense*: qui consulantur. Porrò, quod comminiscitur *Plato*, animas ad alicuius delicti pœnam, in corpora tanquam carceres & ergastula cójici, eóq; pacto universâ scientiâ suâ exui, planè est absurdum; & quo concesso, necessariò sequeretur, hominem non esse ens naturale: sed vel *præter*, vel *contra* naturam. Præterea, quarè anima cum corpore unita scientiam suam omnem deperderet, ratio excogitari non potest: organa enim corporea instrumenta *acquirendæ*, non *deperdendæ* scientiæ à philosophis statuuntur. Deniq; sententiâ *Platonicam* hæc consequũtur ridicula. *Primum*, animam humanam ante suam cum corpore unionem artes mechanicas, fabrilem, sutoriam, & hujusmodi didicisse. *Secundum*, pueros omnes æqualiter esse scientes. *Tertium*, cæcos à nativitate scientiam habere de coloribus. *Quartum*, præditum esse hominem perfectissimâ scientiâ, quæ tamen eum lateret. *Aristotelicam* verò hæ rationes suadent. *Primò*, si nihil de novo sciatur, frustra inesset homini naturalis appetitus sciendi: nam *omnes homines naturâ scire desiderant* 1. *Metaph. text.* 1.

sideranr. Secundò, ordo est naturæ, ab imperfectiori transire ad perfectius, non è contra: atq; consequenter à privatione scientiæ & ignorantiâ ad habitum scientiæ mutari. Si dicant oblivionem istam non esse naturalem, in idem relabentur absurdum, quod nos anteà innuebamus, animæ nempe cum corpore conjunctionem esse contra naturam.

OBIECT.

Plato *verò sententiam suam hoc notissimùm argumento ibat stabilitum. Cùm virtutem, aut aliam rem cognoscere desideramus, eam vel cognoscimus, vel ignoramus. Si* cognoscimus, *inveniemus quidem, sed nihil tamen novi discemus: Si verò* ignoramus, *nunquã inveniemus: quod exemplo servi fugitivi facilè declaratur. Si enim cuiuspiam servus aufugeret, quem antea dominus de facie novit, dominus illum quærens, si in illum inciderit, statim cognoscit: si verò non novit, nunquam inveniet; quia etiam in ipsum inciderit, non cognoscit esse illum, quem querit.*

SOL.

Respondemus, distingui debere cognitionem imperfectam & potentialem, confusam & universalem, & distincta, actuali, perfecta, & particulari: *Ideoq; quando instabatur ex adverso, vel cognoscimus id quod quærimus, vel ignoramus; dicendum, quòd neq; cognoscimus neq; planè ignoramus: sed confusam & imperfectam eius cognitionem (quæ media est inter cæcam ignorantiam & perfectam scientiam) habemus in principijs eius iam precognitis, quæ nos idoneos reddunt ad plenam eius rei scientiam comparandam.*

OBIECT.

Verùm instat ulteriùs Plato. *Si cui imperito proponãtur principia* Geometrica, *statim ijs assensum largitur eorumq; veritatem agnoscit: Si deinde post illa principia proponatur propositio prima* Euclidis, *statim & illam cre-*

credit

tedit; eodemq; modo si secundam, & sic deinceps: quod non contingeret, nisi illa principia, & illas propositiones antè scivisset.

SOL.

Ad hæc primò dicendum: quòd principia tantâ facilitate innotescant, non fieri propter aliquam præcedentem ipsorum cognitionem; sed ipsorum crebrum experimentum. Secundò, quòd statim concessurus sit homo imperitus posti principia cognita propositiones etiam ex iis deducendas, falsum est: neq; enim sine longo studio & labore vel unum ex alio inferre, vel principia conclusionibus rite applicare poterit. Tertiò, si quis ingenio adeò præcellenti præditus foret, ut statim omnes conclusiones Geometricas addisceret, non tamē inde sequeretur, illas priùs ipsi cognitas fuisse secundùm propriam formam, sed potestate tantùm & virtualiter, quatenus in principiis latebant.

Ad Arist. autoritatem initio propositam quod attinet, nempe, non esse in anima intellectiva alterationem, distinguenda est alteratio corruptiva, ubi per abolitionē & expulsionem prioris qualitatis introducitur altera, ut per expulsionem frigoris in aqua introducitur calor; à perfectiva, ubi nulla in subiecto fit corruptio, sed tantùm novus introducitur habitus. Iam philosophus alterationem humano intellectui non hanc, sed illam in scientiæ acquisitione negat.

CAP. 2.

De definitione scientiæ.

Cùm satisfactum jam sit primæ quæstioni, quæ de scientia moveri solet, nempe, an sit; proximum est, ut quæramus, quid sit? sive

An rectè scientia ab Arist. definiatur?

1. *Post. text. 7.* Definitur hoc modo: *Scire est causam cognoscere, propter quam res est, quòd illius causa sit, & quod aliter se habere non potest.* Sunt qui curiosiùs disputant, cur in *concreto* & quoad *actum*, non in *abstracto* & quoad *habitum* definiat *Arist.* scientiam. Nos cùm sciamus utramq; appellationem promiscuè & indistinctè apud *Arist.* usurpari; & scientiæ in abstracto definitionem ex ista colligi posse, hanc disquisitionem relinquimus: atq; in definitione ipsa & *genus* observamus & *differentiam*. Cognoscere enim seu cognitio habet rationem *generis*, quia in ea convenit scientia cum cæteris actibus intellectus. Hîc non possunt satis reprehendi, qui vocem *scire* hoc loco statuunt. Nam tametsi ea vox sæpe quamcunque cognitionem significet: cùm tamen & *Arist.* alio usus sit vocabulo, & ambiguitates præcipuè in definitionibus sint vitandæ; non potuit istud sine inconvenientia fieri. *Differentiæ* hujus definitionis duæ sunt partes; altera scientiæ *obiectum*, seu *rem scitam*: altera ejusdem *subiectum*, seu *animum scientis* respicit. Prior illa trimembris est: Requirit enim *primò*, ut cognoscamus *causam*. Admiratio, est philosophiæ velut anima: *etenim propter admirationem & nunc & olim cœperunt homines philosophari.* 1. *Metaph. cap.* 2. Vnde *Pythagoras* interrogatus, quis esset philosophiæ finis? respondit, *Nihil admirari.* Admirationem verò omnem parit ignoratio causarum, vel certè ignoratio cohæsionis causarum cum effectu, ut egregiè docet *Scaliger exerc.* 1. *sect.* 1. Nam ignoramus effectum, quia ignoramus causam: ut quarè

galli obtutum exhorrescat leo: interdum admiramur, quia causa quidem non latet nos, sed causæ cohæsio cum effectu; veluti *cùm motu liquescit plumbum*, liquefactionis causam motum esse manifestum est; non enim liquescit, nisi moueatur: An verò ea causa protinùs per se cohæreat cum effectu, nondum compertum habemus: Idcirco porrò quærimus, sitne attritio aëris, quæ illo in motu fit; an potiùs attenuatio, quâ transferatur aëris natura ad naturam ignis. Hæc *Scaliger*. Quæ cùm ita sint necesse erit, ut scientia duobus modis admirationi & ignorationi succurrat; *primò*, cognoscendo causam istam; *secundò*, cohærentiam ejus cum effectu: inde *Poëta*,

Fœlix, qui potuit rerum cognoscere causas.

Et per hanc quidem particulam distinguitur scientia hîc definita, quæ est scientia *propter quid*, à duplici alia cognitione, alterâ *nobiliore*, *ignobiliore* alterâ. *Nobilior* est *intellectus*, cognitio scil. principiorũ, quæ cùm non habeant causam, notificantur per seipsa. *Ignobilior* est illa species scientiæ *quod*, quæ habetur per effectum, & appellatur scientia à posteriore. Et fortasse etiam altera illa species (si penitiùs introspicere velimus) scientiam intelligo *quod*, quæ habetur per causam remotam) per hanc particulam pariter excluditur. Dicit enim *Arist.* τὸ διότι, *causam* καθ' ἑαυτὸν, ut causam proximam innuat; & animadvertit *Zabarella lib. de specieb. demonst. cap.* 21. Et sanè jure. Nam philosophus 1. *Post. text.* 99. causam remotam appellat διότι, sed τὸ διότι non appellat: & rationem subdit his verbis, ἡ γὰρ λέγεται τὸ διότι, ac si dixisset: potest causa *remota* appellari τὸ διότι, sed τὸ διότι sola *proxima*.

Requiritur *secundo* loco, ut sit non tantùm cau-

sa *proxima*, sed causa *propter quam res est*. Duplex est enim causa proxima, alia *simpliciter*, alia *in suo genere*: Et *hæc* quidem est, quæ inter sui ordinis causas proximum effectui locum tenet, eum tamen posita non ponit: *illa* verò est, ad cujus positionem ponitur effectus, & ad ablationem tollitur: & his verbis ab *Arist.* intelligitur. *Ex. gr.* petit studiosus *Oxonium* ad scientias adipiscendas: hujus profectionis causa est primùm anima, tum προαίρεσις, consilium, posteà spiritus vitales, & demùm pedes: nec tamè satisfecerim ego interroganti, cur petat *Oxonium*, si dixero, *quia pedes habet*, tametsi hæc sit in genere causæ efficientis proxima: sed si dixero, *ut acquirat disciplinam*. Vnde corollarij loco inferri potest: *primò*, dari posse demonstrationem ex causâ proximâ, quæ tamen non sit potissima: cùm fieri possit, ut non sit talis ea causa licèt proxima, *propter quam res est*. *Secundò*, unius rei unicam esse demonstrationem potissimam, cùm unius rei unica sit causa *simpliciter* proxima, quæ modò efficiens est, modò finalis: quod etiam ulteriùs inde diluceſcit, quòd demonstratio omnis *propter quid* sit convertibilis in definitionè; & definitio perfecta unius rei sit unica.

Requiritur *tertiò*, ut cognoscamus, *quòd illius causa sit*, hoc est, ut causam illam cognitam habeamus non tantùm *in se*, & *absolutè*, sed in *comparatione ad effectum*: Nam donec causæ cum effectu cohæsio innotescat, locus adhuc est admirationi, & ignorantiæ, ut modò ex *Scaligero* monuimus.

Secunda differentiæ pars, quam *animum scientis* respicere diximus, hisce verbis continetur, *& quòd aliter se habere non potest*. Nam animi quoq; certitudo adsit, necesse est, ut credamus rem scitam invariabilem ac necessariam esse: quia (ut observat

Zabarella)

Zabarella) etiamsi causam rei proximam cognoscamus: si de ipsa tamen re dubitemus, an aliter possit esse necne, non habemus scientiam. Atq; ita definitioni *Aristotelicæ* illustrandæ, hoc est, confirmandæ (definitiones enim non solent aliter confirmari, quàm si illustrentur) sufficiant. *Com. ad 1. Post. text. 7. col. 648. lit F.*

Quibus loco coronidis, possumus tres illas vulgò jactatas scientiæ conditiones adjicere, *certitudinem, necessitatem, evidentiam*: quarum duæ priores in definitione reperiuntur, tertia tantùm subintelligitur. *Certitudo* est firma adhæsio intellectus alicui objecto absq; aliqua dubitatione vel formidine: quæ vel *apparens* est, vel *vera*. *Apparens* est, quandò intellectus ex aliqua ratione probabili, atq; ex efficaci applicatione voluntatis objecto tenaciter adhæret: de quâ *Arist. 7. Ethic. cap. 3. Nonnulli*, inquit, *opinantium non ambigunt, sed certò se scire putant.* Et non multò post. *Nonnulli nihilo minorem ijs, quæ opinantur, quàm alij ijs quæ sciunt, fidem adhibent.* Hanc certitudinem non ascribimus scientiæ; sed *veram*, quâ intellectus propter ipsam rei *veritatem*, aut solidam *rationem*, aut infallibilem *autoritatem* objecto adhæret. *Necessitas*, quatenus in ordine ad propositionem sumitur, quomodo de ea nunc loquimur, est determinatio intellectus ad veritatem: & *propositio necessaria* est, quæ ita est vera, ut repugnet esse falsa. *Evidentia* denique est manifestatio veritatis sub claritate alicujus luminis, ita ut *evidens* dicatur objectum, quasi clarum, perspicuum, & manifestum. Atq; hanc præter certitudinem & necessitatem, necessariam esse scientiæ & internam, inde probat *Rubio*: *quia si quis demonstrat conclusionem per causam vel effectum, cognitum per lumen naturale intellectus; necesse est, habeat evidentiam præmissarum,* *tract. de habitu scientiæ, quæst. 2. nu. 33.*

missarum, cùm si sint manifestæ sub claritate luminis naturalis, & consequentia etiam eodem modo ei sit evidens. Probatur consequentia, quia ex causa per se omni ex parte evidenti, evidens quoq; effectus debet sequi : sed ex tali assensu conclusionis evidenti generatur habitus scientiæ : ergò erit ipse habitus evidens essentialiter.

OBIECT.

Sed definitioni scientiæ obsistunt aliquæ difficultates. Nam Arist. *initio* 1. phys. necesse, *ait*, esse, principia, & causas, & elementa cognoscere. *In quem locum interpretes unanimiter asserunt, ad perfectam rei cognitionem, necessarium esse omnes cuiuscunq; generis* causas *cognoscere. Malè itaq; vocem* causæ *numero singulari usurpavit* Arist.

SOL.

Respond. primò, Arist. *de cognitione substantiarum intelligendum, non de scientia accidentium, cùm in accidentibus quatuor causarum genera propriè non inveniantur.* Secundò, *intelligendam de cognitione* simpliciter *perfecta, non de perfecta* in suo genere. *Atq; ita non repugnare sibi* Arist. *cùm scientiã* illîc *per* causas, hîc *per* causam *fieri asserit.*

OBIECT.

Deus habet certissimam scientiam de futuris contingentibus: ergò non necesse est, ut quod scibile est, nequeat aliter se habere.

SOLVTIO.

Respondetur, scientiæ certitudinem provenire posse, vel ex parte objecti, *vel ex parte* subjecti. *Scientiam nostram certam priori modo,* divinam *verò posteriori esse; & de illa, non ista propoui definitionem.*

OBIECTIO.

At convenit tamen ista definitio scientiæ divinæ: nam

Deus

Deus cognoscit causam propter quam res est, &c.

SOL.

Deus cognoscit causam in effectu; non, quod hic requiritur, causam ex effectu: nam per unam simplicem cognitionem penetrat & causam & effectum.

OBIECT.

Res physicæ sunt ex omnium confessione scibiles: quæ tamen possunt aliter se habere, cùm sint motui & mutationi, imò corruptioni obnoxiæ. Neq; dici potest, verum hoc esse in entibus in singulari, non in universali: nam propriarum passionum subiectum est species; quo nomine accidentia propria à communibus distinguuntur. Sed corruptibilitas & immutabilitas sunt propriæ passiones: ergò quadrabunt in universali: Et cùm corruptibile seu mutabile nihil sit aliud, quam posse mutari & corrumpi, ipsa genera & species mutationi & interitui subiacuntur.

SOL.

Resp. licèt inhereant istæ proprietates universalibus; non tamen in ijs exerceri, sed in individuis: posse etiam corrumpi universalia, non quà talia, sed quatenus sunt in singularibus; neq; hoc illis convenire secundùm formalem rationem, sed secundùm naturam realem. Non enim vel quoad existentiam separantur, vel quoad realitatem distinguuntur à singularibus.

CAP. 3.

De primario scientiæ medio, sensu.

TErtium, quod circa scientiam proposuimus explicandum est, quibus indigeat. Vbi non statuimus media omnia conducentia, vel conditiones omnes necessarias ad acquirendam scientiam

pet-

pertractare, sed unum illud medium principale, cujus etiam explicationem instituit *Arist.* 1. *Post. text.* 134. nempe sensum, de quo quærimus,

An deficiente sensu deficiat scientia?

QVam controversiam agitare possumus vel de sensu & scientia *simpliciter*, & *latè* acceptis, ut sensus sit, *num omnis scientia ita per sensum tanquam per ianuam intret, ut occluso sensu non sit illi aditus ad intellectum?* vel de iisdem *restrictis* & *limitatis*, ut sensus sit, *utrùm defectum huius vel illius sensus necessariò consequatur defectus scientiæ obiecti illius sensus?* *Secundò*, animadvertendum, defectum sensus hic intelligi à *principio* ætatis, non in *processu*; illum, qui per indispositionem materiæ & intrinsecum aliquod impedimentum; non illum qui per aliquem casum extrinsecùs advenientem accidit. *Tertiò* observandum, non de sensibilibus *communibus*, quæ pluribus sensibus percipiuntur, qualia sunt *numerus*, *magnitudo*, *motus*, *quies*, & *figura*; sed de *propriis*, quæ uni alicui sensui objiciuntur, institui quæstionem. His prælibatis, proximum est, ut affirmativam quæstionis partem, quæ thesis est *Aristotelica*, confirmemus: idq; quoad utrumq; sensum propositum. Et *primò*, sensum & scibile generaliter accipiendo, his rationibus. *Primùm*, omnis scientia conclusionis, quæ habetur per demonstrationem, dependet à cognitione principiorum, quæ ut * *supra* asseruimus, habetur per inductionem: Atqui inductio ex singularibus notis sumitur, & nota hæc esse nisi per sensum non possunt. *Secundò*, *omnis cognitio intellectiva oritur ex præce-*

* pag. 48.

1. Post. text. 1.

præcedente cognitione: non autem ex præcedente cognitione *intellectiva* (ita enim daretur processus in infinitum:) ergò præcedente *sensitiva*. *Tertiò*, *nihil est in intellectu, quod non prius fuit in sensu.* Quod ad *alterum* spectat, de hoc vel illo sensu deficiente, & de objecto hujus vel illius sensus, res est æquè dilucida. Nam *primò*, cùm confirmatum sit, sine sensu prorsus non esse scientiam, & cum res ista ab uno tantùm sensu percipi possit, necesse est sublato uno illo sensu tolli universam ejus rei scientiam. *Secundò*, cæcus non potest dijudicare de coloribus, surdus de sonis, & sic de cæteris: ergò neq; eosdem perfectè cognoscunt.

Aristot. lib. de sensu & sensib. cap. 6. §. 2.

OBIECT.

Sed obsistunt aliquæ difficultates. Nam ab Arist. auditus *appellatur* sensus scientiæ, & sensus disciplinæ: *ergò dempto visu, qui circa colores occupatur, acquiri utiq; potest eorum scientia.*

lib. de sensu & sensib. cap. 1. §. 9.

SOL.

Respondemus, titulum illum non attribui auditui, ac si solus ad scientiam acquirendam sufficeret: sed primò, *quia per hunc sensum & convenientiùs, & citiùs disciplinas comprehendimus, quàm per alios sensus:* Secundò, *quia is magnum momentum confert ad quamlibet cognitionem, obiectorum etiam alienorum; cùm tamen reliqui sensus suis tantùm obiectis cognoscendis incumbunt.*

OBIECTIO.

Tunc acquiritur perfecta rei cognitio, quando causa ipsa cognoscitur. Cæterùm qui cæcus est à natalibus, potest cognoscere causas propriorum sensibilium visus: quia primæ qualitates sunt causæ coloris, atq; hæ per tactum percipiuntur.

SOL.

Dicendum, posse quidem illum causas colorum explo-

ratas

ratas habere in sensu diviso & absoluto; *non tamen in sensu* composito & relato *ad effectum*, quòd illius causæ sint.

OBIECT.

Scientia abstrahit à rerum existentia & à conditionibus materialibus: non ergò sensus potest ad eam quicquam conferre.

SOLVTIO.

Verum quidem illud est de scientia quoad intrinsecam suam rationem & essentiam, non quoad acquisitionem & generationem.

CAP. 4.

De scientiæ oppositis, & primùm de ignorantia duplici, negationis & dispositionis.

SVpereſt, ut de scientiæ oppositis aliquid ultimo loco adjiciamus. Opposita habet tria; primum *ignorantiam puræ negationis*, secundum *ignorantiam pravæ dispositionis*, tertium *opinionem*. Ignorantiæ prius illud genus repugnat scientiæ *privative*, secundum genus *contrariè*, opinio tanquam imperfectum perfecto, *defectivè*. Et de *ignorantia* primò aliquid dicendum, de *opinione* postea.

Distinctionem verò ignorantiæ, quam modò insinuavimus, ex ipso hausimus *Arist.* 1. *Post. text.* 109. qui ignorantiam aliam dicit κατ' ἀπόφασιν, aliam κατὰ διάθεσιν, ignorantiam secundùm *negationem*, & secundùm *dispositionem*. *Ignorantia secundùm negationem* est mera scientiæ privatio, qualis est in *pueris*, & hominibus *idiotis*; qui ut non sciunt, ita nec opinantur, nec simulant se scire. *Ignorantia secundùm dispositionem* est habitus erroneus, qui ignorantiæ

tantiæ suæ prætendit rationem, & reperitur in *Sophistis*. *Priorem* ignorantiæ speciem cùm dimiserit *Arist.* tanquam explicatione non indigentem, & ad *posterioris* tractationem se accinxerit; nos solùm de *hac* verba faciemus, *illam* non attingentes. Est autem ista ulteriùs secundùm ipsum *Arist.* vel *simplex*, quæ est erronea sententia absq; ratiocinio solo sensu acquisita, imprimis ab autoritate alicujus pendens, quam etiam exéplo philosophi intactam præteribimus: vel *complexa* & *multiplex*, quæ per aliquem syllogismum inferentem se sub specie demonstrationis acquiritur. Hic syllogismus σοφιστικὸς, seu *deceptorius* appellatur; & ab *Arist.* quidem prolixè tractatur, à nobis autem quàm brevissimè exponetur. Est ergò syllogismus deceptorius *alius*, qui colligit falsam conclusionem oppositam propositioni veræ *immediatæ*; *alius*, qui veræ *mediatæ*. Ad *priorem* quod attinet, necesse est, falsam ejus conclusionem vel esse *affirmativam* contrariam negativæ veræ; vel *negativam* contrariam affirmativæ veræ. Propositio *immediata* est principium indemonstrabile, quod medio caret, per quod demonstretur: & *negativa* illa dicitur, cujus & subjectum & prędicatum sunt summa genera, quorum neutrum alteri attribuitur, ut *nulla substantia est quantitas*, *nulla quantitas est qualitas*: *affirmativa* est, quæ medio caret, quod sit causa inhærentiæ prædicati in subjecto, ut *omnis homo est animal*, *omne animal est vivens*. Si igitur *affirmativa* sit conclusio contraria negativæ, fit syllogismus in unica tantùm figura, nempe, prima; & unico illius modo, nempe, *Barbaræ*: duplici tamen ratione, vel ut utraq; præmissarum sit falsa, ut

Omnis

Bar- *Omnis qualitas est quantitas,*
text. 110. ba- *Omnis substantia est qualitas,* ergò
ra. *Omnis substantia est quantitas.*

vel ut altera tantùm, eáq; minor (nam sola major falsa esse nequit:) ut

Bar- *Omnis magnitudo est quantitas,*
text. 111. ba- *Omnis substãtia est magnitudo,* ergò
ra. *Omnis substantia est quantitas.*

Si *negativa* sit conclusio contradicens affirmativæ veræ, fit syllogismus in duabus figuris, prima & secunda; tribus verò modis. *Primò* in *Celarent*; idq; vel ut utraq; è præmissis sit falsa, ut

Ce- *Nullus equus est animal,*
text. 112. la- *Omnis homo est equus,* ergò
rent. *Nullus homo est animal.*

vel ut minor sola, ut

Ce- *Nullus lapis est animal,*
text. 113. la- *Omnis homo est lapis,* ergò
rent. *Nullus homo est animal.*

vel deniq; ut major sola, ut

Ce- *Nullum corpus est animal,*
text. 114. la- *Omnis homo est corpus,* ergò
rent. *Nullus homo est animal.*

Secundò, in secunda figura, in *Camestres*, ubi vel utraq; propositio est falsa, id tamen in *parte*, non in *toto*, ut

Cam- *Omne vivens est brutum,*
text. 116. est- *Nullum animal est brutum,* ergò
res. *Nullum animal est vivens.*

vel ut minor tantùm, ut

Cam- *Omne animal est vivens,*
text. 117. est- *Nullus homo est vivens,* ergò
res. *Nullus homo est animal.*

vel ut major tantùm, ut

Cam- *Omne animal est brutum,*
text. 118. est- *Nullus homo est brutum,* ergò
res. *Nullus homo est animal.*

Tertiò, in eadem figura in *Cesare* eodem modo, vel ut utraq; propositio sit falsa in parte, ut

Ces- *Nullum vivens est brutum,*
text. 116. a- *Omne animal est brutum,* ergò
re. *Nullum animal est vivens.*

vel sola minor, ut

Ces- *Nullum animal est lapis,*
text. 119. a- *Omnis homo est lapis,* ergò
re. *Nullus homo est animal.*

vel sola major, ut

Ces- *Nullum animal est rationale,*
text. 120. a- *Omnis homo est rationalis,* ergò
re. *Nullus homo est animal.*

Quod spectat ad *posterioris* generis syllogismum, cum nempe, qui est ex ignorantia propositionum *mediatarum*, is pari modo habet quandoq; conclusionem *negativam* oppositam affirmativæ veræ, quandoq; *affirmativam* oppositam negativæ veræ. Propositio *mediata* dicitur omnis conclusio demonstrabilis, quæ medium habet, per quod ostendatur: *affirmativa* quidem, cujus prædicatum subjecto inesse: ut *omnis homo est risibilis*; *negativa*, cujus è contra prædicatum subjecto non inesse per medium declaratur: estq; in triplici differentia. 1. quando prædicatum. 2. quando subjectum. 3. quando utrumq; sit sub aliquo genere: exemplum primi sit, *nulla substantia est habitus.* 2^di. *nullus habitus est substantia.* 3^i. *nullus habitus est corpus*, & *nullum corpus est habitus.* Conclusio *mediata negativa* opposita affirmativæ veræ infertur *primò* in *Celarent*, ubi si fiat per medium *proprium*, major

semper, & tantùm falsa est, ut

text. 122. Ce- *Nullum rationale est risibile,*
la- *Omnis homo est rationalis,* ergò
rent. *Nullus homo est risibilis.*

Si per medium non *proprium*, sed *simile proprio*, major itidem, & sola falsa est, ut

text. 123. Ce- *Nullũ disciplinæ capax est risibile,*
la- *Omnis homo est disciplinæ capax,* ergò
rent. *Nullus homo est risibilis.*

Si per medium omninò *extraneum*; vel utraq; falsa est, ut

text. 124. Ce- *Nullus equus est sensibilis,*
la- *Omnis homo est equus,* ergò
rent. *Nullus homo est sensibilis.*

vel minor sola, ut

text. 125. Ce- *Nullus lapis est sensibilis,*
la- *Omnis homo est lapis,* ergò
rent. *Nullus homo est sensibilis.*

Secundò, in *Camestres*, ubi vel sola minor falsa est, ut

text. 127. Cam- *Omne animal est sensibile,*
est- *Nullus homo est sensibilis,* ergò
res. *Nullus homo est animal.*

vel sola major, ut

ibid. Cam- *Omne vivens est linea,*
est- *Nullus homo est linea,* ergò
res. *Nullus homo est vivens.*

Tertiò, in *Cesare*, ubi vel sola minor falsa est, ut

ibid. Ces- *Nullum vivens est linea,*
a- *Omnis homo est linea,* ergò
re. *Nullus homo est vivens.*

vel sola major, ut

text. 128. Ces- *Nullum vivens est corpus,*
a- *Omnis homo est corpus,* ergò
re. *Nullus homo est vivens.*

Con-

Conclusio *affirmativa mediata* tantùm infertur in *Barbara:* quod si fiat per medium *proprium*, major tantùm falsa est, ut

Bar- *Omne rationale est hinnibile,*
text. 130. ba- *Omnis homo est rationalis,* ergò
ra. *Omnis homo est hinnibilis.*

Si per medium *simile proprio*, major itidem, & sola falsa est, ut

Bar- *Omne risibile est hinnibile,*
text. 131. ba- *Omnis homo est risibilis,* ergò
ra. *Omnis homo est hinnibilis.*

Sin per medium penitus *extraneum*, vel minor tantùm falsa est, ut

Bar- *Omnis equus est hinnibilis,*
text. 132. ba- *Omnis homo est equus,* ergò
ra. *Omnis homo est hinnibilis.*

vel major tantùm falsa, ut

Bar- *Omnis scientia est animal,*
ibid. ba- *Omnis musica est scientia,* ergò
ra. *Omnis musica est animal.*

vel utraq; simul, ut

Bar- *Omnis homo est hinnibilis,*
ibid. ba- *Omnis leo est homo,* ergò
ra. *Omnis leo est hinnibilis.*

CAP. 5.

De tertio scientiæ opposito, Opinione.

IAm ut ad alterum scientiæ oppositum, nimirum, *opinionem* transeamus, inquirendum de eo est,

An opinio & scientia possint esse simul de eodem?

HAnc controversiam movent interpretes ad 1. *Post. text.* 201. ad cujus commodiorem dilucidationem quędam pręmittenda sunt. *Primò*, voce [*simul*] hoc in loco & *subiecti*, & *temporis* identitatem significari: cùm certum sit, & eundem hominem diversis temporibus, & eodem tempore diversos homines opinari posse & scire rem eandem; *Secundò*, proponi quæstionem de objecto scientiæ vel opinionis non *simplici*, sed *complexo*; nec de *re*, sed de *propositione*: cùm manifestum itidem & indubitatum sit, posse eundem hominem, putà eundem *Geometram*, eodem tempore *scientiam* habere de linea, & *opinionem* de distinctione ejus à substantia. *Tertiò* adnotandum, scientiam & *opinionem* posse accipi vel secundùm *habitus*, vel secundùm *actus* & *assensus*.

His præmissis, *prima* sententia est [a] *Scoti*, [b] *Caietani*, [c] *Soto*, [d] *Masii*, & aliorum, *scientiam & opinionem nec secundùm habitum, nec secundùm actum simul esse de eodem*. [e] *Tartaretus* idipsum asserit: sed contrariæ sententiæ hoc largitur, *scientiam actualem cum opinione habituali*; *& rursùs opinionem actualem cum scientia habituali benè stare, & esse compossibiles.*

Secunda est [f] *Durandi*, qui *si opinio habeatur ex præmissis probabilibus, aut evidentibus per medium probabile, & ut tale cognitum ab opinante, repugnare* dicit opi-

a *Sup. 3. sent. dist. 24. quæst. unica. §. contra hæc.*
b *quæst. ult. sup. 1. lib. Post. pag. 534.*
c *quæst. 8. sup. 1. lib. Post. concl. 3. de opin. pag. 441. lit. C.*
d *ad cap. 26. lib. 1. Post. quæst. 5. concluſ. 3.*
e *quæst. ult. sup. 1. lib. Post. artic. 2. fol. 97. col. 2.*
f *in 1. quæst. prolog. ad libb. sent. nu. 20.*

nio-

nionem & scientiam esse de eodem, & secundùm habitum, & secundùm actum: Quòd si opinio habeatur ex præmissis necessarijs, atq; evidentibus, & per medium verè quidem probabile, sed evidens reputatum ab opinante, simul esse posse opinionem & scientiam, & secundùm actus, & secundùm habitus.

Tertiam attribuit g *Ruvio* quibusdam recentioribus, quos tamen non nominat, oppositam utriq; superiori: *scientiam & opinionem simul esse posse circa eandem conclusionem in eodem intellectu, & secundùm actus, & secundùm habitus, sive opinio habeatur per medium probabile, ut tale reputatum ab opinante, sive reputatum necessarium:* Modò propositio, de qua est scientia & opinio, consideretur non *formaliter*, ut est conclusio demonstrationis, vel syllogismi probabilis (ita enim non esse eandem) sed *materialiter*, ut propositio quædam est.

g *tract. de opin. & fide hum. nu. 50.*

Quarta & ultima sententia inter illas superiores quasi media est: *Scientiam & opinionem secundùm habitus posse simul esse in eodem intellectu de eadem propositione, sed non secundum assensus vel actus.* Et hanc tuetur ipse h *Ruvio*, i *Alstedius*, k *Æmilius Asterbus*, & alij.

h *dicto loco nu. 52.*

Harum opinionum conciliationem moliri, si non omninò frustraneum, longum quidem esset & operosum: propterea non aggrediemur. Pauciores illæ fuissent, & veritatem hujus quæstionis minùs implicassent, si constitisset inter illos, quid *opinionis* vocabulo intelligi debuisset. Advertendum igitur,

i *præcog. philosoph. hexilog. cap. 13. theorem. 16.*

k *quæst. log. lib. 4. quæst. 26. assert. 2.*

Omnino improprie, id dicitur vel ex parte

- *Medij* tantùm, quando conclusio necessaria, & quę talis videtur inferenti, infertur ex contingenti medio, quod inferenti videtur necessarium: ut *homo est risibilis, eò quòd lætatur.*
- *Conclusionis* tantùm, cùm contingens cōclusio, quæ tamen necessaria videtur inferenti, inferatur per medium necessarium, & pro tali habitum: ut *homo ridet, eò quòd risibilis est.*
- *Medij & conclusionis* simul, quando cōclusio cōtingens ex medio cōtingēti probatur, ut *homo lætatur eò quòd ridet*: sed ita ut inferēti utrūq; videatur necessariū.
- *Subiecti* tantùm, quando conclusio necessaria infertur ex medio necessario, ut *homo est risibilis, eò quòd est rationalis*: sed ita ut inferenti ambo (saltem conclusio) videantur contingentia.
- *Subiecti & medij*, quando conclusio necessaria, quæ tamen inferenti videtur cōtingens, infertur ex contingenti medio, & quod tale apparet inferenti: ut *homo est risibilis, eò quòd lætatur.*
- *Subiecti & conclusionis*, quando probabilis cōclusio, & quę inferēti probabilis videtur, ex medio necessario infertur, sed quod inferenti videtur contingens: ut *homo ridet, eò quòd rationalis est.*

Maximè propriè, ex parte

- *Maximè propriè*, ex parte *medij, conclusionis*, & *subiecti* simul: quando contingens conclusio ex contingenti medio infertur, ita ut talia inferenti appareant: ut *homo lætatur, eò quòd ridet.*

Opinionem sumi triplicitèr, vel

Pro

Pro septem his acceptionibus vocabuli *opinionis*, tria tantùm assereremus. *Prima* assertio partim *affirmativa*, partim *negativa*, talis erit: *Opinio & scientia, si opinio sub prima acceptione sumatur (scil. impropriè ex parte medii tantùm) possunt esse simul de eodem secundùm habitum utriusq;, & secundùm actum unius, & habitum alterius; sed non secundùm actum seu actualem assensum utriusq;.* Assertio hæc ex tribus partibus constat, quas sigillatim explicabimus. *Primò*, secundùm habitus utriusq;: Potest enim aliquis de eadem propositione, ver. gr. hac, *homo est risibilis*, scientiam habere per medium necessarium, quod ipse tale putat, ut per *rationale*; & opinionem de eadem per medium contingens, putà *lætari*, quod tamen pro necessario habet. Conclusio ipsa unica est, quæ scitur & opinatur; & ab opinante, qui illam putat se scire per utrumq; medium, pro scita tantùm agnoscitur: sed respectu medij (non utriusq;, sed alterius tantùm, quod illam per accidens infert) opinio est, non scientia. Quod verò (a) *Caietanus, contingentiam illam ex parte medii non sufficere*, ait, *ad distinctionem opinionis & scientiæ, sed exigi incertitudinem unà ex parte subiecti*: illud quidem verum est, si opinio sub ultima sua acceptione propriissimè sumatur, non prout nos impropriè eam sumimus hoc in loco. Quod ulteriùs (b) urget, *habitum conclusionis necessariæ comparatum per medium contingens existimatum necessarium, non esse habitum opinionis, sed ignorantiæ pravæ dispositionis*: id si respectu conclusionis intelligatur, falsum est; si respectu medii, concedimus. Error enim est in animo opinantis, quòd medium putet necessarium, quod tantùm est contingens: in conclusione autem ratione cujus & solus dicitur ignorantia dispositionis,

a *quæst. xiv. sup. lib. 1. Post. resp. ad 1 arg.*

b *ibid. resp. ad 2. arg.*

positionis, non fallitur: sicut qui veram conclusionem ex falsis (una vel utraq;) præmissis infert, respectu harum tantùm, non illius errare dicitur. *Secundò*, quod ad actum unius, & habitum alterius, opinio & scientia simul esse possunt de eodem. Nam potest intellectus eodem tempore actu assentire huic conclusioni, *homo est risibilis*, propter hoc medium *lætari*; & habere habitum scientiæ ejusdē conclusionis, cui actu non assentit, per medium *rationale*. Potest vicissim actu assentire eidem conclusioni per medium *rationale*, & habere habitum opinionis per illud medium *lætari*, circa quod actu tamen non occupatur. *Tertiò*, quod ad actus utriusq;, simul esse non possunt de eodem opinio & scientia. Quamvis enim conclusio sit unica, ratione cujus nihil impedit actualem assensum intellectus eodem tempore: in ordine tamen ad duplex medium, à quo conclusio dependet, & illationem suam habet, intellectus non potest illi uno eodemq; tempore assentiri. Cujus rei ratio peti ab illo potest, quod * superiùs dictum fuit, *uno tempore non intelligi nisi unum*.

* pag. 65.

Secunda assertio tota negativa est: *Scientia & opinio, si opinio vel 2do, 3io, 6to, vel 7mo modo accipiatur* (i. *impropriè*, ex parte *conclusionis* tantùm, vel *medii*, & *conclusionis*; vel *minùs propriè* ex parte *subjecti* & *conclusionis*; vel *propriissimè* ex parte *subjecti*, *medii*, & *conclusionis*) *nullo modo possunt simul esse de eodem*, vel *secundùm habitus utriusq;*, *actus utriusq;*, *vel unius actum & habitum alterius*. Ratio unica esse potest & simplex: quia secundùm has omnes acceptiones, conclusio semper contingens est. Circa conclusionem autem contingentem scientia non occupatur, vel secundùm *habitum*, vel secundùm *actum*.

Et

Et in hoc discriminatur ab opinione: *Opinio* enim ex necessaria propositione consurgit, si habeatur pro contingenti: non sic *scientia* ex contingenti, si habeatur pro necessaria. Rursus, duplex ad scientiam alicujus conclusionis certitudo requiritur, altera *rei* opposita contingentiæ, altera *animi* opposita formidini: quarum si alterutra desit, scientia non est propriè dicta. Opinio ex parte conclusionis tantùm, vel conclusionis & medij (quæ erant secunda & tertia hujus vocabuli acceptiones) errore haud vacat; & conclusio ipsa deficit *veritate* (quia pro necessaria & universali habetur, quæ reipsâ tantùm particularis est & contingens) magis rei *certitudine*. Opinio ex parte subjecti & conclusionis; vel subjecti, medii, & conclusionis (quomodò sextò & septimò accipiebatur) præterquàm rei certitudine, deficit certitudine animi, quæ æquè dominatur in scientię constitutione. Conclusio enim, quæ contingens est, etiam pro contingenti habetur, ita ut sub nulla harum acceptionum scientia & opinio concurrant: quod & de *actu*, & de *habitu* intelligi volumus.

Tertia assertio, ut *prima*, partim negativa, partim affirmativa est: *Scientia & opinio, si opinio quartâ vel quintâ significatione accipiatur, (scil. minùs propriè ex parte subjecti tantùm, vel subjecti & medii) non possunt simul esse vel secundùm habitus, vel assensus utriusq; ; sed secundùm unius assensum, & alterius habitum possunt esse.* Simul esse secundùm *habitus*, vel *assensus* non posse, ex eo liquet: quia ubi animus hæsitat (uti ex opinione ex parte subjecti semper hæsitat) scientia ibi locum habere non potest, vel secundùm *habitũ*, vel *assensum*: quod intelligi potest ex iis, quæ ad secundam assertionem modò diximus, *certitudinem animi*

nimi ad scientiam necessariò requiri. Simul autem esse posse *habitum opinionis*, & *scientiæ actum*, hinc evincetur: quia in ipsa via ad scientiam, putà hujus conclusionis, *homo est risibilis*, quàm anteà per contingens aliquod medium quis opinabatur tantùm, antequàm perfectè opinionis habitum exuit, & scientiam induit (habitus enim momento neq; acquiruntur, nec amittuntur, sed sensim & per gradus) potest illi per aliud medium necessarium, nempe *rationale*, actualem præbere assensum. Distinguendi sunt ergò duplices *scientiæ* actus, *alij* habitibus *prævij*, & *antecedentes*, & aliqualiter *imperfecti*: alij *subsequentes* & *perfecti* sunt. Habitus opinionis cum scientiæ *illis* actibus esse potest, sed non cum *his*. Superveniens enim scientiæ habitus habitui opinionis, illum abolet aut perficit, ut ventura forma naturalis dispositiones omnes præcedentes. Sed an *actus opinionis* simul esse possit cum *scientiæ habitu*, non tam facile est statuere: cùm enim scientia opinionis *habitum* tollit, ut modò dictum, quare non *actum* simul? Distinguendi etiam sunt actus *opinionis*: *alij ex habitu, aliunde alij* oriuntur. Actus opinionis, qui *ex* ejusdem *habitu* proveniunt, quia supponunt habitum, simul esse non possunt de eodem cum scientiæ habitu: qui *aliunde* adveniunt, possunt. Vt enim qui habet injustitiæ habitum, justas actiones, unam vel plures, edere potest: similiter qui habet scientiæ habitum, actu potest opinari; & qui opinionis habet, actu scire eandem conclusionem: dummodò hi assensus actuales ex habitu non oriuntur. Non enim quantum discrepat habitus injustitiæ à justitiæ actione; tantum est discriminis vel inter *scientiæ actum*, & *opinionis habitum*; vel *opinionis actum*, & *scientiæ habitum*. Et de hac

quæ-

quæstione satis multa.

OBIECTIO.

Verùm obijci potest contra id, quod primò posuimus: Arist. 1. Post. text. 194. & deinceps *distinguere scientiam ab opinione non tantùm ex parte* subjecti, *quòd* sciens *sit certus & constans,* opinator *dubius & vacillans: & ex parte* medii, *quòd media, quibus* sciens *rem probat, sint necessaria; quibus verò* opinator *probat, sint contingentia: sed ex parte* objecti, *quòd scientia sit* necessarij, *opinio* contingentis. *Non posse igitur esse de eodem.*

SOLVTIO.

Respond. non eo animo posuisse Arist. *triplicem hanc distinctionem opinionis à scientia, ac si vellet hæc omnia in opinione concurrere; sed quòd velit unum eorum sufficere ad constituendam opinionem. Consurgit enim malum ex singulis defectibus, ut in moralibus & practicis facile constat.*

TRA-

TRACTATVS DE DEMONSTRATIONE,

LIB. III.

De speciebus demonstrationis.

CAP. I.

De Demonstratione universali, particulari; affirmativa, negativa; ostensiva, & ducente ad impossibile.

DE demonstratione in *genere* satis multa, ut opinor, dicta sunt, partim in definitione, partim in causarum ejus explicatione: Restat, ut eandem in *specie* consideremus; adeóq; divisionem ejus pertractemus. Distribui verò solet varijs modis.

Primò, in *universalem* & *particularem*. *Universalis* ea dicitur, in qua propria passio in conclusione demonstratur de primo suo subjecto adæquato & reciproco per medium convertibile: Ex. gr. illa, in qua *risibilitas* de *homine* per *rationale* ostenditur, demonstratio est universalis. *Particularis* illa est, in qua ostenditur passio non de adæquato suo subje-

Arist. 1. Post. à text. 160. ad 170.

&o

to, sed de aliquo inferiori sub eo contento. v. g. particularis est demonstratio, in qua *risibilitas* de *Socrate*, vel alio individuo sub homine contento demonstratur per idem *rationale*.

Secundò, in *affirmativam & negativam*. *Affirmativa* ea est, quæ conclusionem infert affirmantem, & passionem propriam subjecto tribuit: Instantia hujus est, quando *risibilitas homini* attribuitur per *rationale*. *Negativa* est, cujus conclusio negans est, & alienam passionem à subjecto removet: Hujus generis est, quæ *risibilitatem bruto* per *irrationale* non inesse concludit. *Arist. à text. 170. ad 175.*

Tertiò, in *ostensivam*, & *ducentem ad impossibile*. *Ostensiva* (quæ & *directa*) est, quę directè cõclusionem probat ex præmissis notioribus & prioribus: cuiusmodi illæ omnes demonstrationes sunt, quas modò assignavimus. *Obliqua*, seu *ducens ad impossibile* est, in qua conclusio non per se & directè demonstratur esse vera; sed obliquè ex præmissa, quæ est ei contradictoria: hanc scil: falsam esse ostendendo, hoc modo: Sit hæc conclusio demonstranda, *Arist. text. 176. & 177.*

Nullus homo est bimnibilis.

ut hæc demonstretur, sumenda est ei contraria, hęc

Omnis homo est bimnibilis,

& ponenda est loco maioris propositionis; & assumenda alia propositio pro minore, v.gr. hæc

Omne rationale est homo:

Conclusio, quæ ex his præmissis deducitur,

Omne rationale est bimnibile,

impossibilis est & absurda: ergò & una præmissarum talis erit, quia falsum non potest sequi, nisi ex falsis: non minor, ergò major: ergò contraria illius vera est, nempe,

Nullus homo est bimnibilis:

quæ

quæ conclusio erat ab initio demonstranda.

Verùm harum distributionum *ultima* hæc distinctio potiùs nominis est, quàm divisio rei. *Duæ priores*, si divisiones dici mereantur, non tamen ex interna demonstrationis natura, sed ex modo aliquo externo desumuntur.

CAP. II.

In quo divisionis demonstrationis in Διότι & Ὅτι membra dividentia explicantur.

DIviditur ergò *ultimò* & rectissimè in demonstrationem Διότι seu propter quid, & Ὅτι seu quod. Circa quam divisionem tria ordine exequemur. 1. membra ipsius dividentia explicabimus. 2. Sufficientiam ejus confirmabimus. 3. qualisnam ea sit, ostendemus.

Demonstratio Διότι seu *potissima* & *propter quid* (quam *Arist.* sæpe absolutè & κατ' ἐξοχὴν ἀπόδειξιν vocat, *Græci* τὴν κυρίως ἀπόδειξιν, demonstrationem propriè & principaliter dictam appellant) ea est, cujus medium ex loco causæ proximæ sumitur, ad comparandam scientiam ejusmodi conclusionis, in qua proprium de subjecto suo prædicatur.

Fitque ea demonstratio vel per causam

- *Finalem*, ex gr. *Quod debet progrediendo victum quærere, necesse est, ut visum habeat: At animal progrediendo debet victum quærere:* ergò *Animal visum habeat, necesse est.*
- *Efficientem*, eámq; vel *externam*, ut in illa demonstratione *eclipseos de luna per interpositionem terræ*; vel *internam*, quæ est vel *formæ subjecti*, ut in illa, *risibilitatis de homine*

homine per rationale, vel *aliud accidens* ab illa fluens, ut in illa, *gradualis incrementi lunæ per figuram sphæricam.*

Dicitur ista demonstratio διότι, vel quòd ejus medius terminus sit διὰ ὅτι, causa *propter quam* res est, quod vult *Keckermannus*; vel ut sit analogia ejus cum demonstratione ὅτι, quia quæstioni διότι seu *propter quid*, plenè satisfacit. *Syst. log. lib. 3. tract. 1. sect. 2. cap. 14. com. ad defin. demonst. διότι.*

Demonstratio Ὅτι, seu *quod* duplex est pro medio duplici: Alia fit per *causam remotam*; atq; istam docet *Arist.* negativam semper aut plerumq; conficí, & in secunda figura in *Camestres*; quoniam causa remota ut plurimùm est amplior effectu: quarè eâ positâ, non ponitur necessariò effectus; ac proinde nec colligi affirmativè ex illa potest: eâ verò ablatâ, effectus ex necessitate aufertur: Ideóq; valida semper est ea argumentatio, quâ ex negatione causæ negatio effectus colligitur, ut *Omne respirans est animal*, *Nullus paries est animal*, ergò *Nullus paries respirat.* Negari tamen non potest id quandoq; evenire, ut causa etiam remota cum effectu reciprocetur, unde extruitur ejusmodi demonstratio in *Barbara*: *Omne animatum nutritur*, *Planta est animata*, ergò *nutritur.* Alia est ex *effectu proximo*, quę potest semper extrui in prima figura & affirmativè; cùm hic præciputus ejus usus sit in philosophia: ut, *Omne risibile est rationale*, *Omnis homo est risibilis*, ergò *Omnis homo est rationalis.* Potest etiam fieri negativè, & in secunda figura, si alicui subjecto causam non inesse, eò quòd non insit effectus, ostendamus: ut *Omne risibile est rationale*, *Nullum brutum est risibile*, ergò *Nullum brutum est rationale.* *Zab. lib. de spec. demonst. in fine cap. 4.*

CAP.

CAP. 3.

De sufficientia divisionis demonstrationis in διότι, & ὅτι.

EXplicatione istâ *membrorum dividentium* præmissâ, sequitur ut *divisionis* ipsius *sufficientiam* stabiliamus. Et primò quidem sufficientiam primæ illius divisionis in διότι & ὅτι; posteà verò duarum aliarum subdivisionum, quarum altera est demonstrationis διότι, altera demonstrationis ὅτι.

Quod itaq; ad *primam* attinet, eam perfectam omnibúsq; numeris absolutam esse liquebit, cùm neq; *deficere*, neq; *redundare* ostensum fuerit. Sunt enim qui eam ex utrâq; parte adoriuntur: ex illa quidem *Averroës*, ex hac *Avicenna*. *Averroës* ut alibi, ita inprimis *com. ad text. 95. lib. 1. Post.* triplicem statuit demonstrationem: primam, demonstrationé appellat ipse *simpliciter dictam*, sectatores ejus *potissimam*; secundam demonstrationem *causæ*, *Averroistæ propter quid* appellant; tertiam demonstrationem *quod*, seu *signi*. *Petrella log. disp. lib. 6. cap. 7.* sententiam istam illustrat, differentiam demonstrationis *propter quid* à *potissima* assignando: quam quadruplicem esse asserit. *Primam*, quòd medium *potissimæ* demonstrationis sit causa formalis subjecti, demonstrationis verò *propter quid* aliud causæ genus. *Secundam*, quòd *hæc* quidem ex terminis non reciprocis constare possit, *illa* verò minimè: *tertiam*, quòd causa, quæ medium est *illius*, nota sit *naturâ*, & *nobis* immediatè per sensum, sine adminiculo demonstrationis ab effectu: quæ verò medium *huius*, nota sit solùm *naturâ*, *nobis* verò non sine demon-

stratione

stratione ὅτι: *quartam*, (quæ tertiæ consentanea est) quòd *illa* notificet *quòd* & *propter quid* simul, hęc *propter quid* tantùm. Atq; hanc opinionem omnium penè recentiorum tum *Logicæ*, tum *philosophiæ* professorum communem fuisse refert *Zabarella*. Veruntamen eos ego *discerpere* demonstrationem, non *dividere*; neq; *species* illius efficere, sed *fractiones* existimo: eóq; secutus *Zabarellam* libro peculiari hac de re agentem, *Crellium in comment. ad text.* 102. 1. *Post.* cum aliis, qui omnium interpretum & *Græcorum* & *Latinorum* authoritatem pro se adducunt: Suffulti insuper testimonio ipsius *Arist.* qui à *text.* 95. *ad text.* 102. *lib.* 1. *Post.* quo loco de omnibus demonstrationis speciebus, earúmq; discrimine dicendum proposuit, duas tantùm posuit demonstrationis species. Quòd autem demonstratio διότι & *potissima* non sint *species* diversæ unius generis, sed appellationes tantùm diversæ ejusdem rei, facilè apparebit, cùm nos quaternionem illum differentiarum ab *Averroistis* excogitatum confutaverimus. Et quidem, quòd *primo* loco dicunt, medium *potissimæ* demonstrationis esse causam formalem, demonstrationis verò *propter quid* causam quamlibet; satis refutatum à nobis est *in quæst. posteriori de medio demonstrationis potissimæ* * *superiùs discussâ*. Illis verò, quæ eò loci attulimus, unum hoc adjici potest. Quòd si admitteretur hęc sententia, sequeretur unam & eandem rem posse per aliam & aliam causam demonstrari demonstratione *potissimâ* & *propter quid*. Cùm enim possit aliqua res ab omnibus quatuor causarum generibus, & in unoquoq; genere ab una prima causa pendere; per formam demonstrabitur demonstratione *potissimâ*, per reliquas verò causas demonstratione

lib. de spec. demonst. initio cap. 11.

* *pag.* 40. & 41

Zab. lib. de spec. dem. cap. 14. *arg.* 4.

propter quid. At hoc absurdissimum est, quoniam *unius rei unica est causa*, quæ quæstioni *propter quid* satisfacere apta sit: quemadmodum & nos * suprà ex definitione scientiæ collegimus, & *Arist.* 2. *Post. text.* 95. planè confirmat, & ipse deniq; *Averroes* eũ locum exponens concedit. *Secunda* differentia, quam comminiscuntur *Averroistæ*, à terminorum reciprocatione petita, parem habet absurditatem. Non est enim perpetua & inseparabilis: cùm detur demonstratio *propter quid* tantùm, quæ habet terminorum paritatem: nam si causam & effectum æquales ac convertibiles accipiamus, & effectus sit notior, demonstratur ibi priùs causa per effectũ, deinde effectus per causam in regressu: atq; hæc demonstratio erit *propter quid* tantùm, & non *potissima*, propter defectum *tertiæ* conditionis, quæ jam sequitur. *Ea* verò ponit causam illam, quæ medium est *potissimæ* demonstrationis, nobis notam fieri immediatè per sensum; quæ autem demonstrationis *propter quid*, ope demonstrationis *ĩi* innotescere. Quę differentia præterquàm quòd ex natura demonstrationis non accipitur: (non est enim ex conditionibus principiorum demonstrationis ab *Arist.* enumeratis) sed extranea sit & accidentaria, ac proinde species variare nequit; aliâ majori inconvenientiâ laborat. Ex ea enim sequitur (id, quod maximè absurdum est) unam eandemq; demonstrationem huic homini esse *potissimam*, illi verò *propter quid* tantùm. Nam si contingat ab aliquo priùs causam sentiri, quàm effectum, & ex ea eum effectum demonstrari, demonstratio respectu illius potissima erit: notificat enim & *quòd* effectus sit, & *cur* sit: ut si quis nullam habens *eclipseos solaris* cognitionem, videat *lu-*

* Pag. 104.

Zab. ibid. cap. 15 arg. 5.

Zab. ib. cap. 17. arg. 4.

nam

nam interpoſitam inter ſolem & nos, ſtatim per cauſam cognoſcit *eclipſin* fieri, quam anteà ignoraverat. Si verò alius, qui priùs eam *eclipſin* noverit, cauſæ interim ignarus, veniat poſteà in ejus cauſæ cognitionem, per eam cognoſcit *propter quid* ſit *eclipſis*, ſed non *quòd* ſit. Eadem ergò nullam in ſeipſa mutationem paſſa reſpectu duorum hominum & *potiſſima* erit, & *propter quid* tantùm. *Poſtrema* differentia à quæſitis accepta facilè reprobatur. *Primò*, quia docet ipſe *Ariſt.* 2. *Poſt. text.* 16. & alibi ſæpe demonſtrationem omnem concludere, *quòd res ſit*, vel *quòd non ſit*: quod verò demonſtratio concludit, illud notificare dicitur. *Secundò*, demonſtratio ex cauſa *remota* notum facit *quòd ſit*, ergò demonſtratio ex cauſa *proxima* multò magis. Iam verò quòd quiſpiam *quòd ſit* cognitum antefactam demonſtrationem habeat, id & planè accidentarium eſt, & vim demonſtrationis non tollit. Ea enim ex cauſa proxima cùm conſtet, dum declarat *propter quid* eſt, non poteſt non propriam naturam declarare, etiam *quòd ſit*. Poſtremò *Ariſt.* 2. *Poſt. text.* 39. eum qui rem cognoſcit eſſe ſine cognitione cauſæ, dicit, non cognoſcere *quòd* res illa ſit, niſi leviter & imperfectè: ergò qui priùs novit effectum aliquem eſſe, & poſteà demonſtrat *propter quid* ſit, ille hâc demonſtratione novam ſcientiam adipiſcitur, quam antea non habebat, *quòd* res illa ſit; perfectam ſcil. & certam, quam anteà non habebat, niſi confuſam & rudem. Quamobrem ea demonſtratio, quam vocant *propter quid* tantùm, notificat utrumq;, & *quòd ſit*, & *cur ſit*.

Zab. ib. cap. 18. arg. 2.

ibid. arg. 4.

ib. cap. 19. arg. 1.

Avicenna ex adverſo unicam vult eſſe demonſtrationem, nempe *propter quid*: Demonſtrationem enim ὅτι indignam *nomine*, expertem *naturæ* de-

Zab. lib. de spec. demonst. cap. 9.

monstrationis censet. Qui refelli potest his argumentis. *Primò*, omnis syllogismus scientificus est demonstratio (definitio enim est adæquata definito:) cæterùm demonstratio *quòd* scientiam parit: nam philosophus 1. *Post. text.* 95. duplex statuit scire, aliud *propter quid*, aliud verò *quòd*. *Secundò*, *Arist.* 1. *Post. text.* 23. *Non est*, inquit, *simpliciter ea demonstratio, quæ est ex notioribus nobis*: Ita quam demonstrationem *simpliciter dictam* negat (hâc enim appellatione diximus demonstrationem διὰ ὅτι usurpari) eandem esse demonstrationem confitetur. *Tertiò*, illa est æquivocè demonstratio, cui sola *nominis*, nulla *naturæ* adest communicatio. At syllogismus iste conditiones demonstrationis obtinet, eas præsertim, quæ demonstrationis propriæ sunt, ut constare ex summè *veris*, *necessariis*, *immediatis*.

OBIECT.

Zab. lib. de spec. demonst. cap. 23.

Verùm adversùs ea quæ posuimus, disputant primò Averroistæ *ex autoritate* Arist. 1. Post. cap. 16. text. 101. *ubi asserit philosophus inter disciplinas, quæ in eiusdem rei cognitione versantur, aliam quidem cognoscere* quòd sit, *nescire autem* propter quid; *aliam verò perspectum habere* propter quid, *sed ignorare* quòd sit. *Potest ergò dari aliqua demonstratio, quæ ita notificat* propter quid, *ut simul non declaret* quòd; *atq; ea erit tertia species.*

SOL.

Quòd sit *cognosci potest duobus modis, vel per*

- Sensum, *ut si quis oculis intueatur lunam eclipsari.*
- Rationem, *ut* Astrologus *in cubiculo manens pro certo novit lunam hoc tempore obscurari, quam interim non videt.*

Iam

Jam Arist. *à cognitione* propter quid *seiungit cognitionem ipsius* quòd, *non quidem omnem, sed eam tantùm, quam adminiculo sensus adipiscimur.*

OBIECT.

Disputat secundò Avicenna, *quia* Arist. 1. Post. text. 55. *demonstrationem ab effectu nomine demonstrationis non dignatur, sed appellat syllogismum* à signo, *illiusq; propositiones per se esse negat. Deinde demonstratio est syllogismus scientificus; scientia verò definitur* cognitio rei per causam, *non per effectum.*

SOL.

Quòd Arist. *non appellet eum syllogismum nomine demonstrationis: quòd etiam dicat propositiones illius non esse per se, utrumq; intelligendum est non* absolutè, *sed* comparatè *ad demonstrationem potissimam, de qua ibidem agit. Ad definitionem verò scientiæ quod attinet, sumitur ibi nomen scientiæ strictiùs, ut præcipuam tantùm & primariam eius speciem comprehendit; non autem prout ad utramq; speciem extenditur.*

CAP. 4.

De sufficientia subdivisionum demonstrationis Διότι & Ὅτι *in suas species.*

HÆc de partitione demonstrationis in primas & immediatas species suas: proximum est, ut ejusdem subdivisiones pari modo confirmemus.

Nam primùm divisio illa bimembris demonstrationis Διότι à nonnullis (inter quos est *Ruvio*) improbatur, qui tertium in eam membrum studeant invehere; putà demonstrationem illam, quæ fit per causam remotam eam, quæ cum effectu reciprocatur. Quæ sententia nullo negotio rejicitur. *quæst. 1. sup. 1. lib. Post. cap. 10. nu. 3.*

citur. Nam *primò*, illa sola est demonstratio *propter quid*, cui conveniunt conditiones singulæ, quæ in demonstrationis definitione sunt positæ : quod de demonstratione à causa remota, qualiscunq; illa sit, affirmari nequit : nunquam enim ea constare potest *ex immediatis*. *Secundò*, demonstratio ὅτι talem rei scientiam generat, ut nihil de ea amplius quæri aut dubitari potest : At de demonstratione à causa remota id falsum est (ignoratur enim adhuc ea, cujus maximè opus est cognitione, causa proxima): Aliter inanes essent omnes demonstrationes à causis proximis desumptæ, si daretur aliqua remota, quæ talem scientiam effectus generaret, ut nihil de ea amplius quæreretur.

Divisio demonstrationis Ὅτι, oppugnatores habet duarum classium. Sunt enim qui eodem modo, quo datur demonstratio à causa proxima & remota, dari etiam volunt ab effectu & proximo & remoto. Dicimus verò nos hujusmodi syllogismum remotum indignum demonstrationis nomine duabus de causis. *Primò*, quia adeò plenus est defectibus : nam cùm in reliquis duabus sit *unius* tantùm conditionis defectus, ita ut demonstratio *à causa remota* sit ex *veris* & *causis*, sed non *immediatis*; demonstratio ab *effectu proximo* ex *veris* & *immediatis*, sed non ex *causis*; iste *duabus* destituitur : neq; enim ex *immediatis* procedit, nec ex *causis*. *Secundò*, quia nullum usum obtinere potest in scientiis : Nam per effectũ remotũ impossibile est pervenire ad cognitionem causæ remotæ, nisi priùs habitâ causâ proximâ. Rursùm *Themistius* tertiam speciem demonstrationis Ὅτι ponit hujusmodi syllogismum, qui neq; progreditur *ab effectu ad causam, nec à causa ad effectum*, sed *ab effectu ad effectum*; quorum

rum neuter ab altero dependet, sed uterq; ab eadem causa æqualiter procedit) adeóq; neq; fit *à posteriori*, nec *à priori*; sed *ab æquali ad æquale*. Verùm hæc species vel hâc solâ ratione reprobatur: quòd in omni demonstratione legitima sit inter medium terminum & majorem extremitatem nexus essentialis ac definitivus, atq; ita major propositio sit per se: quod in syllogismo *Themistiano* evenire non potest. Major enim propositio est quidem *de omni*, at non *per se*; quia neuter duorum effectuum in alterius definitione assumitur; ideóq; necessaria est, sed *ex accidenti*. Necessitas enim illa à *neutro* terminorum provenit, sed ratione *tertii*.

CAP. 5.

Qualis sit divisio demonstrationis in Διότι, & Ὅτι, generis univoci, æquivoci, an analogi?

EX iis, quæ superiori capite diximus, facile est judicare (id quod tertio loco proposuimus ostendendum) qualisnam sit demonstrationis divisio. Cùm enim demõstratio Ὅτι, ut præter nudũ *nomen*, aliquid etiam *naturæ* demonstrationis obtinet; ita etiam aliquibus demonstrationis conditionibus in ejusdem definitione positis destituatur, quæ tamen omnes demonstrationi Διότι competunt: manifestum est, divisionem istam, ut generis *univoci* non est in propriè dictas species, ita nec *æquivoci* esse in diversa significata; sed generis *ab uno*, quod vulgò *analogum* vocant in imperfectas species. *Zab. lib. de spec. dem. cap. 1.*

De speciebus autem demonstrationis Διότι aliter sentiendum. Neutra enim earum alteri dignitate

gnitate cedit: nec ea quæ ab efficiente sumitur, potior est eâ quæ à finali; nec vice versâ: quod tamen contingit in speciebus demonstrationis ὅτι. Ea enim demõstratio, quæ est ab effectu proximo, præstantior eâ est, quæ à causa remota petitur: *Primò*, ratione *formæ*: illa enim affirmativè fit, & in prima figura; hæc negativè, & in secunda. *Secundò*, ratione *materiæ*: illius enim propositiones omnes sunt summè necessariæ & quatenus ipsum, hujus non item. *Tertiò*, ratione *finis*: Finis utriq; propositus scientia est, quæ in demonstratione ab effectu perfecta est, in demonstratione à causa remota non item. *Perfecta*, inquam, non *simpliciter* & *absolutè* (ita enim demonstrationis διότι finis est adæquatus:) sed *in suo genere*, & *comparatè*. Scientia enim *ignotæ causæ*, quæ in illa investiganda proponitur, non potest per aliam viam meliùs investigari & cognosci *quòd sit*, quàm per *effectum notiorem*: At scientia *ignoti effectus*, quę per hanc acquiritur, meliùs cognoscitur per causam *proximam*, quàm *remotam*. Quarè scientia, quæ finis est demonstrationis à remota causa, nec perfecta est *simpliciter*, nec *in suo genere*: quæ autem per demonstrationem ab effectu acquiritur, *in suo genere* perfecta est, quamvis non *simpliciter*.

Zab. lib. de spec. dem. cap. 7.

TRA-

TRACTATVS DE DEMONSTRATIONE LIB. IIII.

De affectionibus demonstrationis.

CAP. I.

De regressu; ubi obiter de Circulo.

AFfectiones demonstrationis, de quibus ultimo in loco agendū, duæ præcipuè sunt, quarum altera *regressus* dicitur: altera est *convertibilitas eius in definitionē.*

Circa priorem agenda tria: *Primò*, ostendendum, quid *regressus* sit; quid item affinis ei *circulus*: *secundò*, indicandum discrimen inter *regressum* & *circulum*: *tertiò*, adducendæ sunt rationes, quarè alter admittatur, alter reijciatur.

Circulum primò definiemus, tum *regressum*. Fit ergò *Circulus*, definiente *Zabarella*, *quando demonstratā ex propositionibus conclusione, ex ea vicissim eædem propositiones demonstrantur; sitq; è conclusione propositio, & è propositione conclusio*: ex.gr. Esto hæc primò demonstratio, Zab. lib. de regressu. cap. 1.

Omne rationale est risibile,
Omnis homo est rationalis, ergò
Omnis homo est risibilis.

Secunda erit ista, quâ confirmabitur major per conclusionem, *Omnis*

Omnis homo est risibilis,
Omne rationale est homo, ergò
Omne rationale est risibile.

Tertia hujusmodi erit, quâ minor probabitur,

Omne risibile est rationale,
Omnis homo est risibilis, ergò
Omnis homo est rationalis:

Ibid. *Regressus* verò, definiente eodem *Zabarellâ*, *est reciprocatio quædam demonstrandi ratio, quâ postquàm causam ignotam ex effectu noto demonstravimus, maiorem simpliciter convertimus, & minorem loco conclusionis ponimus, & conclusionem loco minoris; & ita eundem effectum per eandem causam demonstramus, ut sciamus propter quid sit.* Constat itaq; *regressus* duabus demonstrationibus, quarum prior est ὅτι, & *ab effectu* sumitur; posterior διότι, & *per causam proximam* progreditur. Requiruntur porrò ad *regressum* tria: *primò*, notitia confusa effectus, quâ ducimur in cognitionem confusam causæ: *secundò* mentis diligens examinatio, quâ causam illam cum effectu, & effectum cum causa comparamus, donec tandem notitiam distinctam ipsius causæ adipiscamur: *tertiò*, demonstratio potissima, quâ per distinctam causæ notitiam, perfectam etiam effectus scientiam acquirimus.

Zab. ib. fine cap. 5.

a *Ibid cap.* 8. b *Isag. log. part. prop. lib.* 1. *cap.* 8

Discrimen *regressus* à *circulo* à [a] *Zabarella* & [b] *Crellio* triplex constituitur. *Primum*, ratione *formæ*: quia in *circulo*, ut ex propositionibus conclusio, ita ex conclusione vicissim propositiones ambæ demonstrantur; in *regressu* unica, eáq; minor. *Secundum* ratione *materiæ*: (materiam verò syllogismi appellamus medium terminum, ex quo utraq; præmissarum conflatur) quia in *circulo* medius terminus pro causa semper accipitur; in *regressu* verò medium

dium hujus quidem demonſtrationis pro cauſa, illius verò pro effectu ſumitur. *Tertium* ratione *finis*: quoniam ſcientia, quæ per *circulum* acquiritur, eſt in omni demonſtratione una, & eadem, nempe cognitio diſtincta effectus, cùm omnes demonſtrationes ſint potiſſimæ; at duplex eſt, quæ per *regreſſum* acquiritur, altera confuſa cauſæ, altera diſtincta effectus.

Vt igitur ad tertium, quod initio propoſuimus, exequendum deſcendamus: ipſius *circuli* uſus ab *Ariſt.* 1. *Poſt. à text.* 22. *ad* 27. argumento triplici manifeſtè confutatur, ac penitùs reijcitur: præſertim verò quòd idem comparatione ejuſdem prius eſſet & poſterius, notius & ignotius; idq; in eodem genere cognitionis: cùm ſtatuerint antiqui ſingulas in circulo demonſtrationes *propter quid* eſſe debere & potiſſimas. Rurſus quoniam idem probaretur per idem, & adhiberentur multæ demonſtrationes ad vnam ſimplicem cognitionem acquirendam.

Ex adverſo uſum *regreſſus* licitum eſſe, evinci poteſt: primùm *ratione*. Fieri enim poteſt, ut notitia effectus ſit confuſa, quia ignoratur ipſius cauſa proxima: quarè ad ſcientiam perfectam illius adipiſcendam opus erit duplici demonſtratione, non utrâq; à priori ſeu ὁτι (ejuſmodi enim unius rei unica eſt) ſed una *à poſteriori*, ὅτι; alterâ *à priori*, διότι: quarum illâ notificetur *cauſa confuſè*, hâc *effectus diſtinctè*. Secundò ex *Ariſt. ipſius praxi*, qui hoc demonſtrandi genere *in phyſicis* aliquoties uſus eſt: ut 1. *Phyſic. circa text.* 62. poſtquam ex tranſmutatione & generatione naturali materiam primam oſtendiſſet, in 1. *de gen. & cor.* revertitur, & per materiam primam generationem demonſtrat. Et 8. *phyſ.* ex æternitate motus, quam in initio ejus

libri

libri dari ostenderat, æternitatem motoris, *text.* 45. posteà verò vice versâ æternitatem motus ex motoris æternitate demonstrativè colligit, *text.* 53. Tertiò *ex aperto testimonio Arist.* qui 1. *Post. text* 23. postquàm ratiocinatus esset adversùs antiquorum *circulum*, idem respectu eiusdem non posse notius esse & ignotius; subjicit inconveniens illud non esse, modò de diverso cognitionis genere intelligatur, ita ut alterum *secundùm naturam*, alterum *secundùm nos* notius sit, quod in regressu præstatur. Et 2. *Post. text.* 90. de causæ & effectus reciprocatione disputans, adversùs assertionem suam movet hanc objectionem, *text.* 91. Si reciproca sit causa cum effectu, poterunt utiq; invicem demonstrari, atq; ita fiet *circulus.* Respondet *text.* 93. confugiendo ad *regressum:* non enim utramq; demonstrationem esse potissimam, quod fit in *circulo*; sed alteram *propter quid*, alteram *quòd.* Deniq; initio 1. *phys. text.* 1. postquàm dixisset, in cognitione rerum naturalium à causis procedendum ad effectus; posteà verò animadvertisset causas nobis esse ignotas, *text.* 2. adjicit, eas quoq; ipsas ex effectibus notificandas.

OBIECTIO.

Sunt tamen quædam rationes, quæ circulum videntur astruere. Nam Arist. 2. Prior. cap. 5. 6. & 7. *circularis argumentationis formam docuit. Et* 2. Post. text. 66. in quibusdam, *inquit*, in quibus est mutua generatio, mutua item est demonstratio, & circulus, ut in vapore & pluvia: vapores namq; pluviæ causæ sunt, pluvia vicissim vaporum: *ergò licet alterum ex altero in eodem genere causæ demonstrare.*

SOL.

Ad primam authoritatem dicendum, circulum non omnimodò à demonstratione repudiandum (regressus enim

enim aliquo sensu circulus est) sed quatenùs opinabantur veteres, plura circuli more ex se invicèm demonstrari posse demonstratione causæ, seu potissimâ: quod falsissimum est. Ad alterum testimonium respondemus, non intelligendum philosophum de perfecto circulo, quemadmodùm neq; demonstrationes illæ sunt potissimæ: Causa enim omnis, quæ demonstrationem διότι ingreditur, effectui coæva esse debet: at causa materialis, cuiusmodi sunt vapores respectu pluviæ, materiatum tempore præcedit. Prætereà non redeunt istæ demonstrationes ad idem punctum, quod in circulo fieri debet: non enim eidem vapores sunt numero, è quibus pluvia generatur, & qui è pluvia eliciuntur; sed eidem tantùm specie.

Vid. Zab. ad 2. Post. text. 66.

OBIECT.

Vlteriùs, causæ possunt esse sibi invicèm causæ, ut de efficiente & finali docet Arist. Nam ambulatio efficiens est causa sanitatis, & sanitas ambulationis causa finalis. Possunt ergò ista de se invicèm demonstrari per demonstrationem potissimam; & consequenter dari potest circulus.

2. Phys. text. 20. & 5. Metaph. text. 2.

SOL.

Dicendum, causas nõ esse sibi invicèm propriè causas: quod ex eo apparet, quia propositum axioma interpretes ita explicant, ut efficiens sit causa finis quoad eius esse, non quoad eius causalitatem; finis verò causa efficientis quoad causalitatẽ, non quoad esse. Sic enim sanitas deambulationi finis est: non tamen indit ei vires cibos ad ventriculi fundum deprimendi, atq; ita sanitatem producendi.

CAP. II.

CAP. II.

De conversione demonstrationis in definitionem.

ALtera demonstrationis affectio, de qua dicendum proposuimus, est *convertibilitas in definitionem:* definitionem autem non subjecti, sed passionis; eamq; non qualemcunq;, sed perfectam causalem. De qua primò notandum, ex quibus consistat partibus, ut ita eam ex demonstratione potissima commodiùs exquirere possimus. Constat propriæ passionis definitio ex tribus, *genere* scil: *subiecto*, & *causâ:* Si ex *causâ* tantùm, definitio est medium demonstrationis; si *subiecto* tantùm, conclusio ejusdem; sin ex *omnibus illis*, demonstratio inversa & terminorum tantùm situ ab ea differens: de qua mentionem sæpe facit *Arist*: ut nobis disquirendũ præcipuè sit, *quomodò* id fieri possit; *quòd* autem fiat, pro manifesto supponatur. Et *subiectum* quidem affectionis minoris extremi locum in demonstratione: *causam* verò medij termini sedem obtinere, res est adeò manifesta, ut difficultate omni careat. Sola ergò restat dubitatio de *genere*, cui nulla sedes in demonstratione destinari videtur; non *minoris* extremitatis, cùm ea solius subjecti sit; non *medij*, cùm ea solius causæ; non *maioris* extremitatis, cùm ea nomen ipsum affectionis occupet.

Difficultas ista tolli & tota lis expediri poterit tribus assertionibus: quarum *prima* erit hujusmodi: *Maioris extremi munus obire potest utrumq;, & nomen* scil: *passionis & genus.* Habet ista patrocinantem sibi *Arist.* qui in exemplis demonstrationum potissimarum, quæ habet plurima, modò nomen, modò genus exprimit.

OBIECT.

OBIECT.

Quòd si quis obiiciat, genere affectionis adhibito, maiorem propositionem non esse quatenus ipsum; cùm termini non sint reciproci & convertibiles, causa affectionis, & eius genus.

SOL.

Resp. genus ibi non usurpari in latitudine & ambitu suo; sed ut restrictum & coarctatum ad hanc speciem; neq; planè ut genus, sed ut oratio ipsum quid nominis affectionis declarans: quo sensu potest cum causa propositionem quatenus ipsum constituere. Zab. lib. de conver. demonst. in def. cap. 4.

Secunda assertio est: *Licèt non modò nomen affectionis, sed & genus in maiori propositione collocari possit; illud tamen aptiùs & commodiùs, quàm hoc locum illum occupat.* Et hîc quidem à *Zabarella*, cuius vestigia per hanc quæstionem hactenùs insecuti sumus, recedendum ducimus. Is enim cum *Averroë*, à quo piaculum putat dissentire, arbitratur, genus affectionis commodiùs, quàm nomen eius accipi posse: atq; duobus innititur argumentis. *Primum* tale est: Illa præstantior est demonstratio, quæ potestate magis propinquè accedit ad definitionem, & in eam minori negotio converti potest: Atqui talis est demonstratio, in qua genus affectionis collocatur. *Secundum* hoc modo se habet: Demonstratio illa præstantior est, quæ ex notioribus terminis conflatur: at demonstratio illa, in qua affectionis genus collocatur, est hujusmodi: nam *sonus* est notior *tonitru*, & *defectus luminis eclipsi*. Sed his *Zabarellæ* rationibus nos alias duas partem contrariam validiùs astruentes opponimus. Nam *primò* non affectionis genus, sed ipsa affectio proponitur demonstranda: quarè hæc rectiùs, quàm illud adhiberi debet. *Secundò* evidentior est illa illatio, Ibid. cap. 5.

latio, ubi affectio nomine proprio insignita, quàm alieno aliquo & confuso larvata prodit; & per cõsequens præstantior illa demonstratio. Ad rationes verò *Zabarellæ* hoc modo respondemus. Ad *primam* dicendo, infirmam esse majorem: non enim dignitas demonstrationis ex propinquitate *cum*, vel longinquitate *à* definitione est æstimanda; sed ex certitudine, & evidenti illatione affectionis, quæ major est, ubi proprium affectionis nomen exprimitur. Ad *secundam*, concesso nomen generis notius esse; si tamen nomen affectionis satis notum sit, hoc potiùs esse sumendum, quia magis distinctè affectionem significat.

Tertia assertio, & quæ prioribus consentanea est, erit hujusmodi: *Quando facienda est conversio demonstrationis in definitionem, si in maiori extremo statuatur nomen affectionis, loco eius genus surrogandum est: si autem in maiori ipsum genus exprimatur, tùm immediatè, & ne verbo quidem mutato, res tota absolvi potest*: ex. gr. Sit hæc demonstratio,

Illud, inter quod & solem interponitur terra, patitur eclipsin:
Inter lunam & solem terra interponitur, ergò
Luna patitur eclipsin.

Hîc pro nomine *eclipseos* in majori statuo genus, *defectum*, nempe, *luminis*; huic proximè subjectum adjungo, *lunam*; postremò causam, *interpositionem terræ*: unde resultabit ejusmodi *eclipseos* definitio: *Eclipsis est defectus luminis in luna propter interpositionem terræ.* 28 MR 59

Atq; omnium, quæ de demonstratione dicenda proposuimus, hîc finis esto.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM ALPHABETICVS.

A.

ACcidens proprium *non à subiecto, sed à subiecti principijs oritur.* 69
duplicem habet à subiecto dependentiam. 81
vid. propria passio.
modi per Accidens *tres.* 77
quomodò pares modis per se? ibid.
modus per Accidens *oppositus tertio modo per se, impropriè per accidens.* 82
Accidentia *solummodo demonstrabilia.* 69
quæ ab externis causis oriuntur, & rarò fiunt, quatenus æterna? 67.68
Admiratio *philosophiæ anima.* 102
causa eius ignorantia. ibid.
Æternitas *accidentium ratione subiecti.* 67.68
causæ. ibid.
Æternum *simpliciter.* } 68
secundùm quid. }
Affectio. *vid.* propria passio.
Affectiones *demonstrationis.* 137. & seqq.
Alteratio *non fit in anima, cum scientiam acquirit.* 98
quomodò intelligendum? 101
Anima *secundùm Arist. deforis accedit ad corpus.* 98
Animæ *non sunt corpore antiquiores.* 99
Animi *certitudo ad scientiam requiritur.* 104.106.121
An sit, *quæstio.* 26
Ἀναπόδειξις *syllogismus quid & quotuplex?* 111
Ἀρχὴ. *vid.* principium.
Auditus *quomodo sensus disciplinæ?* 109
Ἀξίωμα. *vid.* principium commune.

B.

BArbara *modorum aptissimus ad demonstrandum.* 71
Brysonis *demonstratio ad probandum quadraturam circuli.* 55
in quo peccabat? ibid.

C.

CAusa *effectu prior, non tempore, sed naturâ.* 8
effectui quomodò inest? 80
efficiens demonstrationis. vid. efciens *causa demonstrationis.*
efficiens interna ad primum & secundum modum per se spectat. 84
externa ad tertium. 85
Causa *externa.* 40.81
interna. ibid.
Causa *finalis demonstrationis.* vid. finalis *causa demonst.*
formalis demonstrationis. vid forma *demonst.*
materialis demonst. vid. materia *demonst.*
Causa κατ' ἐξοχὴν *causa proxima.* 103
Causa *proxima* ἢ αἰτία: ibid.
Causa *proxima simpliciter.* 104
in suo genere. ibid.
Causa *proxima non semper facit demonstrationem potissimam.* ibid.
Causa *remota* τὸ αἴτιον, *non* τὸ αἴτιον. 103
Causâ *in definitione scientiæ quid intelligatur?* 102, & seq.
Causa *propter quam res est, particula in definitione scientiæ explicata.* 104.
Causæ *cohæsionis cognitio requiritur ad scientiam.* 104
Causæ *conclusionis in demonstratione præmissæ, & quomodo?* 9
Causæ *quatenus sibi invicem causæ?* 141
Causarum *omnium cognitionem requiri ad perfectam rei scientiam, quomodo intelligendum?* 106
Causarum *quatuor comparatio cum quatuor modis per se.* 85
vid. principium.
Certitudo *scientiæ conditio.* 105
apparens. ibid.
vera. ibid.
ex parte obiecti seu rei. 106.121
subiecti, seu animi. ibid.
Circulus *quid?* 137
quomodò differt à regressu? 138
quarè reijcitur? 139
quatenus admittatur? 140.141
Cognitio *imperfecta, potentialis, &c.* } 100
distincta, actualis, &c. }
Cognoscendi *modi quinq.* 26
Cognoscendi *principia.* vid. principia *cognoscendi.*
Conclusio *demonstrationis an simul tempore cognoscatur cum* præ-

præmissis? 62
Conversio *demonstrationis in definitionem.* 142.& seqq.
Conversio *propositionum per se.* 86.& seqq.
Cur.*vid.*Propter quid.

D.

DEceptorius *syllogismus quis, & quotuplex?* 111
Definitio *nominalis.* 37
essentialis. ibid.
causalis. 38
Definitio *causalis perfecta.* } 38
imperfecta. }
Definitionem *non esse instrumentum Logicum, error Faventini.* 70
Definitio *propriæ passionis ex quibus constat?* 142
quomodò è demonstratione elicienda? ibid.
Demonstrationis *definitio petita à fine.* 3.& seq.
altera ducta à materia. 5.& seqq.
efficiens. v.efficiens *demonst.*
materia. v.materia *demonst.*
forma. v. forma *demonst.*
finis. v. finis *demonst.*
medium. v. medium *demonst.*
species. 124
affectiones. 137.& seqq.
Demonstratio *universalis.* 124
particularis. ibid.
affirmativa. 125
negativa. ibid.
ostensiva. ibid.
ducens ad impossibile. ibid.
Διότι. 126.& seqq.
Ὅτι. ibid.
Demonstrationis *divisio in* διότι, *& ὅτι stabilitur.* 128.& seqq.
generis est analogi. 135
Demonstratio διότι *quid?* 126
eius divisio. ibid.
stabilitur. 134
generis est univoci. 136
Demonstratio διότι *quare dicta?* 127
præstantior demõstratione ὅτι. 135
Demonstrationis ὅτι *divisio.* 127
stabilitur. 134
generis analogi. 136
Demonstratio ὅτι *vera species demonstrationis, contra Avicennam.* 132
Demonstratio *à causa proxima non semper potissima.* 104
Demonstratio *à causa remota negativè plerumq; construitur, aliquando affirmativè.* 127
cum effectu reciproca non est διότι 134
Demonstratio *ab effectu quæ?* 127
plerumq; negativa, aliquando affirmativa. ibid.
præstantior demonstratione à causa remota, ratione formæ, materiæ,

& finit. 136
Demonstratio ab effectu remoto non datur. 134
Demonstratio ab effectu ad effectum non datur. 134.135
Demonstratio potissima semper in prima figura, à causa remota in secunda extruitur. 71
potissima unius rei unica. 104
potissima & propter quid an sint species disparatæ? 128.& seqq.
vid. demonst. διότι.
Demonstrationes ab externa causa, vel ab accidente interno sunt potissimæ. 40. & seqq.
Demonstratio, quæ ambas præmissas immediatas habet, nobilior ea quæ maiorem solam habet; sed non maioris usus. 42
Demonstratio procedit ex causis non cognitionis tantùm, sed essentiæ. 55
Demonstrationes particulares quatenus dentur? 67
Demonstratio convertibilis in definitionem semper in Barbara. 71
Demonstrationis non tres species, ut sentit Averroës. 129
nec una tantùm, ut Avicenna. 132
De omni, gradus necessitatis. 73
prioristicum & posterioristicum. 75
duæ eius conditiones. ibid.
Deus cognoscit causam in, non ex effectu. 107
Differentia remota quomodo ingreditur definitionem? 80
Differentia quadruplex ab Averroistis assignata inter demonstrationem potissimam & propter quid, refutatur. 129.& seqq.
Dignitas. vid. principium commune.
Διότι. vid. demonstratio διότι.
Dubitatio cum scientia stare nequit. 105

E.

Effectus causæ quomodo inest? 80
Efficiens causa demonstrationis 11
Efficiens quas habere debet conditiones, ut in potissima demonstratione medium esse possit? 31.32.
Efficiens omnis quo sensu dicitur externa, & tamen aliqua interna? 81
Efficiens per emanationem. 81
per veram actionem. ibid.
Efficiens interna vel ad primum, vel secundum modum per se spectat. 81.& seqq.
externa ad quartum. 81.85.
Error, vid. habitus erroneus.
Essendi principia. vid. principia essendi.
Evidentia scientiæ conditio, quid? 105
Existentia actualis. 18
potentialis. ibid.

vtra de subiecto præcognosci debet? 19
Existentia *prædicatum tertij modi per se.* 82
Experientiâ *principia cognoscuntur.* 48
Experimentum *medium inter iudicium singularis, & universalis propositionis.* 48.49
Externa *causa. vid.* causa *externa.*
Externum *ratione essentiæ,* 81
loci & subiecti. ibid.

F.

Figura *prima aptissima ad demonstrandum.* 71
ἀνάλυσις. 72
eâ potissimæ demonstrationes semper extruuntur. 71
Figurâ *secundâ demonstratio à causa remota plerumq; extruitur.* ibid
Finalis *causa demonstrationis.* 97 & seqq.
Finalis *causa quas habere debet conditiones, vt in potissima demonstratione medium esse possit?* 32
Finalis *causa ad quartum modum per se spectat.* 85.86
Forma *demonstrationis communis, modus & figura.* 70.& seqq.
propria, necessitas. 73.& seqq.
Forma *quomodò medium in demonstratione?* 32.& seqq.
Forma *sola, causa propter quam res est, quomodo dicatur?* 43
Formalis *causa quomodo ad primum, quomodò ad secundum modum per se spectat?* 85. 86.
nulla Forma *materiæ præexistit, secundum Arist.* 98.
Formas *materiæ præexistere, opinio Platonis.* 97.& seqq.

G

Genus *pro subiecto scientiæ ab Arist. usurpatum.* 60
Genus *differentiæ sua non attribuitur.* 79
remotum quomodo ingreditur definitionem? 80
Genus *de specie an prædicetur quatenus ipsum?* 94.& seqq.
quomodò de ea prædicatur primò? 96
Genus *affectionis quem locum in demonst. obtinet?* 142. 143
Gradus *necessitatis.* 73.& seqq.

H

Habitus *non est, nisi in potentia libera.* 64
Habitus *erroneus quomodo post unum actum contrarium potest amitti?* 65
Hoc aliquid *multipliciter ab Arist. sumitur.* 84

I

IDenticæ propositiones non sunt per se. 78.79
Ignorantia puræ negationis ut opponitur scientiæ? 110
quid? ibid.
pravæ dispositionis quomodò scientiæ opponitur? 110
quid? ibid.
simplex quæ? 111
complexa quæ? ibid.
Immediata principia demonstrationis quomodò dicantur? 6.41
Immediata propositio quid? 111
negativa. } ibid.
affirmativa. }
Immedietas & primitas quomodò distinguuntur? 6
Immedietas subiecti. } ibid.
causæ. }
Immedietas quomodò propositionibus negativis convenit? 72.73
Immediatio formalis. } 7.
virtualis. }
Inductio instrumentum cognoscendi principia. 48
Inductio notificatio rei per seipsam. 51
Inductionis nomen strictè ab Arist. usurpatum pro inductione Mathematica. 51. 52
Instrumenti essentia in fine consistit. 4
nihil in Intellectu, quod non priùs sub sensu, quomodò intelligendum? 49
Intellectus quomodò movet voluntatem, & ab illa movetur? 64
Intellectus uno tempore non intelligit nisi unum, explicatur. 65
Intellectus à Platone comparatus libro, in quo nihil est descriptum. 97
ab Arist. rasæ tabulæ. 98
Intellectus passivus pura potentia. 98
Interna causa: vid. Causa interna.

L

LIbertas voluntatis duplex contrarietatis. } 63.64
contradictionis. }
Lineam à perspectivo considerari, quatenus physica est, quomodo intelligit Arist? 61
Luna, Sol, &c. species, non individua: & demonstrationes de iis factæ universales. 73

M

MAjor in demonstratione semper immediata. 7.42
Materialis causa demonstrationis, in qua, ex qua, circa quam. 11
Materia demonst. ex qua remota. 12
propinqua. ibid.

Materia

Materia *demonstrationis circa quã, eiusq; conditiones.* 66. & seqq.
Materia *quomodò medium in demonstratione?* 32. & seqq.
Materia *causa plurimarum affectionum.* 34. *& quomodò?* 36
Materia *quomodò causa corruptibilitatis?* 35.36
Materia *quomodò ad primum, quomodò ad secundum modum per se spectat?* 85.86
Mediata *propositio quæ?* 113
affirmativa. ibid.
negativa. ibid.
Medium *demonstrationis è numero trium præcognitorum.* 13
quatenus præcognosci debet? 22
Medium *demonstrationis an dari possit in omni genere causæ?* 31. & seqq.
Medium *demonst. utrius extremi definitio?* 37. & seqq.
Medium *per accidens definitio minoris extremi, quomodò intelligendum?* 38
Medium *semper definitio maioris extremi.* 38.39
minoris non nisi rarò. 39.40
Medium *in ipso actu demonstrandi non ut definitio, sed ut causa sumitur.* 43
Minor *in demonstratione non semper immediata.* 7.42
quodammodò immediata. 7
Modus *& figura communis forma demonstrationis.* 5.70
Modi *quatuor dicendi per se.* 76 & seqq.
vid. per se.
Modi *per accidens. vid. per* Accidens.

N

*O*Mne Necessarium *quomodò per se?* 74.75
Necessitas *propria demonstrationis forma?* 73
quid? ibid.
tres illius gradus. ib. & seqq.
posterior gradus semper includit priorem. 74
Necessitas *scientiæ conditio.* 105
Negativæ *propositiones quatenus necessariæ?* 72
Notiora *principia demonstrationis esse, quomodò intelligendum?* 8
Notius *secundum naturam, & nos.* ibid.

O

*O*Pinio *quomodò scientiæ opponitur?* 110
Opinio *& scientia an possint esse simul de eodem?* 116. & seqq.
Opinionis *septem acceptiones.* 118
Opinio *ex parte medii an ignorantia dispositionis?* 119

Opinionis & *scientiæ discrimen.* 121. 123
Opinionis *actus non omnes ex eius habitu oriuntur.* 122
Ὅτι. *vid. demonstratio* ὅτι.

P

Πάθος. *vid.* propria *passio.*
Per se, *gradus necessitatis.* 73
Per se, & *quatenus ipsum idem quomodò?* 74
Per se *quatuor modi.* 76.& seqq.
eorum utilitas. 89.& seqq.
modi Per se & *per accidens quomodò æquales?* 77
modi Per se *quamodò quinq; quomodò quatuor?* 78
primus modꝰ dicendi Per se *quid?* 78
duæ eius conditiones. ibid.
eius prædicata. 79.80
quem locum in demonstratione obtinet? 90
Secundus modus Per se *quid?* 80
duæ eius conditiones. 80.81
prædicatũ unicum, propria passio. 81
quem locum habet in demonstratione? 90
tertius modus Per se *quid?* 82
conditio eius unica. ibid.
prædicatum, existentia. ibid.
improprie per se. ibid.
an essendi modus, an prædicandi? 82, 83
omnino inutilis ad demonst. 90
modus per accidens illi oppositus. 82
quartus modus Per se *quid?* 84
eius prædicata. 85
quem locum obtinet in demonstratione? 91
quarè ab Arist. neglectus, ubi modorum Per se *utilitatem recenset?* 91
Per se *opponitur* πῇ *per accidens.* 74.82
πῇ *per aliud.* ibid.
πῇ *in alio.* 82
propositio Per se *an convertatur in aliam per se?* 86.& seqq.
Platonis *opinio, scientiam non esse de novo, refutatur.* 97.& seqq.
Præcognitio *quid?* 12
præparans. 13
dirigens. ibid.
agens. ibid. & 62
Præcognitio *quid nominis?* 13
quid rei. ibid.
Præcognitio *quòd simplex.* ibid.
complexa. ibid.
Præcognitionum & *præcognitorũ numerus quomodò æqualis?* 15
Præcognita *tria.* 13
Prædicatio *contra naturã quid* 88
non habet locum, ubi causa de effectu, vel effectus de causa prædicatur. ibid.
Prædicatio *generis de specie an quatenus*

quatenus ipsum? 94. & seqq.
de differentia dividente non est quatenus ipsum. 93
nec per se. 79
Prædicatio inferioris de superiori, vel definiti de definitione non est per se. ibid.
Prædicata primi modi per se. 79. 80
secundi. 81
tertii. 82
quarti. 85
Prædicata universalia. 93
Præmissæ demonst. causæ conclusionis illationis, cognitionis, & essentiæ. 9
prius notæ conclusione naturâ. 8
utrum tempore? 62 & seqq
magis notæ quoad naturam, non quoad nos. 8
vid Principia.
Primitas & prioritas distinctæ conditiones principiorum demonst. 8
Primitas & immediatus unica conditio principiorum. ibid.
vid. Immediatus.
Primitas Cæsariana. 95
Pompeiana. ibid.
Primum simpliciter & secundum quid. 10
Principia demonstrationis oportet esse vera. 5
prima & immediata. 6. 7 41
notiora. 7 8
prioria. 8
causas conclusionis. 9. 45
Principium demonst. incomplexum. 12
quatenus præcognosci debet? 22
complexum quatenus? ibid.
Principii complexi vox distinguitur. ibid.
non est è numero trium præcognitorum. 21. 23
Principia essendi. 44
cognoscendi. ibid.
an eadem sint? ibid. & seqq.
Principia cognitionis distincta 45
confusa. ibid.
essendi sunt cognoscendi, non contrà. 46
Principia prima communissima, communia & propria. 46
Principiorum primorum cognitio an insit à natura? 47
eorum habitus quare naturalis appellatus? 52
Principia prima per experimentum innotescunt non nuda apprehensione terminorum. 48
cur tam facile innotescunt? 51
Principia prima practica nobis innata, speculativa non item. 50
Principia prima quo sensu termini appellentur ab Arist? 51
non ab alijs, sed a seipsis fidem habere, quomodo intelligendum? ibid.
Principia communia an ingrediantur demonstrationem? 53

nec in latitudine sua, nec coarctata demonst. formaliter ingrediuntur. 54.& seqq.
eorum usus in demonst. 56
Principia *communia virtualiter in omni demonst.* 57
Principiū *communissimum demonstrationem ducentem ad impossibile formaliter ingreditur.* ibid.
Principia *propria, & aliena.* 59
Principiatum. *vid.* Conclusio.
Priora *principia demōst. quomodò?* 8
Propositiones *identicæ non sunt per se.* 78. 79
Propositiones, *in quibus inferius superiori, vel definitioni definitū attribuitur, non sunt per se.* 79
Propositiones, *in quibus genus de differentia dividente prædicatur, non sunt per se.* ibid.
Propositiones *per se, quæ convertuntur in alias per se.* 87.88
Propositiones *omnes per se in demonst. sunt quatenus ipsum.* 96
Propositio *immediata. vid.* immediata *propositio.*
Propositio *mediata. vid.* mediata *propositio.*
Propria passio *unum è tribus præcognitis.* 13
quatenus præcognosci debet? 20. 21
Propria passio *simplex.* 81
disiuncta. ibid.
Propriæ passionis *definitio ex quibus constat?* 142
quomodò è demonstratione elicienda? ibid.
Proprietates *inhærent in universalibus, exercentur in singularibus.* 107
vid. Propria passio.
Propter quid. *quæstio.* 26
quomodò ad substantias applicatur? 30
Propter quid *nunquam præcognitio.* 27
Propter quid *simul notificat quòd.* 131
vid. demonst. *διότι.*

Q.

Q Væsita. *vid.* Quæstiones.
Quæstionum *genera quatuor.* 25.26.
Quæstionum *& scitorum numerus æqualis quomodò?* 25
Quæstio *simplex, an sit.* 25.26
quid sit. ibid.
complexa, quòd. ibid.
cur. ibid.
Quæstionum *numerus.* 25.26
scopus. 27.28.
ordo. 28
Quæstio [*quomodò*] *reducitur ad unum è quatuor generibus.* 29
Quæstiones *dialecticæ quatuor.* 29
earum à scientialibus discrimen. ibid.& seq.

Qualitates *primæ quomodo à cæco cognosci possint esse causæ colorum?* 110
Quatenꝰ ipsũ, *gradꝰ necessitatis.* 73
non semper est, ubi paritas terminorum. 89
Quatenꝰ ipsũ 2ᵒˣ *definitio.* 92.93
nec in omnibus propositionibus Quatenus ipsum *eadem est ratio utriusq; extremi; nec omnes quæ tales sunt, sunt quatenus ipsum.* 95
Quid nominis, *præcognitio.* 13
nunquam quæstio. 27
Quid rei, *præcognitio.* ibid
Quid sit, *quæstio.* 26
Quid sit *quare non duas quæstiones, sicut duas præcogn: constituit?* ibid
Quòd sit, *præcognitio.* 13
Quòd sit, *quæstio.* 26
Quòd sit *& quid sit, quo sensu præcognitiones, quo quæstiones?* 14
Quòd sit *naturâ antecedit propter quid, non semper tempore.* 21
Quòd sit *de accidẽte cognoscitur ante demonstrationẽ per accides.* 131
Quòd sit *cognoscitur per sensum, & per rationem.* 132

R.

REctitudo *quomodò de linea prædicatur quatenus ipsum?* 93
Regressùs *quid?* 138
tria ad illum requiruntur. ib.
quomodò à circulo differt? 138
usus eius comprobatur. 139
Rotunditas *de cœlo quatenus ab Astronomo demonstretur?* 61

S.

SCientiæ *duplex consideratio, prout est in se, vel subiecto.* 18.19
Scientia *causa finalis demonst.* 97
an sit de novo? ibid.
nemini innascitur. 98
Scientiæ *definitio, eiusq; explicatio.* 101.& seqq.
Scientia *propriè dicta quomodò ab intellectu distinguitur?* 103
quomodò a scientiâ quæ habetur per effectum? ibid.
quomodo ab ea quæ per causam remotam? ib.
Scientię *mediũ primariũ sensus.* 107
Scientia *abstrahit à conditionibus materialibus quomodò?* 110
Scientiæ *oppositæ.* ib.& seqq.
Scientia *& opinio an possint simul esse de eodem?* 116.& seqq.
Scientiæ *actus alij habitui prævij, alij subsequentes.* 122
Scientia *quomodo per demonstrationem ab effectu comparatur?* 133
Scientiæ *subalternæ quæ?* 60
Scire *cur ab Arist. definitum, non scientia?* 102
Scire *quòd & propter quid.* 132
Sensus *scientię mediũ primariũ.* 107

Sensu deficiente deficit scientia. 108
Sol, luna & c. species, & demonstrationes de ijs factæ universales 73
Subjectum demonstrationis. 12
Subjectum, unum e tribus præcognitis. 13
quatenus præcognosci debet? 15 & seqq.
quo sensu quæritur, quo præcognoscitur? 20
Substantia non est demonstrabilis 69
Substantiæ incompleta demonstrari potest ab effectu ibid.
Substantiæ secundæ æquè ac primæ subiectum esse possunt in tertio modo per se. 82. 83
Syllogismus quo sensu dicatur forma demonst.? 5
Syllogismus deceptorius quid, & quotuplex? 111
Syllogismus à signo quis? 113

T.

28 MR 59

TErmini demonst. extra dispositionem syllogisticam qui? 20
sub dispositione syllogist. 30. 31
Terminorum apprehensione non cognoscuntur principia. 48
Transire a genere in genus an in demonstrando liceat? 59
in scientiis prorsus diversis non licet 60
in subalternis licet. 61
Transitus ratione passionis, subiecti, & principij. 60

V.

VEra principia demonst. esse, quomodo intelligatur? 6
Verum syllogisticè concludi potest ex falsis demonstrativ. non potest. 10
Vniversale primum, vid. Quatenus ipsum.
Vniversale in prædicando. 92
causando. ibid.
significando. ibid.
Vniversale prioristicum. 92
posterioristicum. ibid.
Vniversalia prædicata quæ & quot? 93
Vniversalia quomodo corrumpantur? 107
Vniversalia quomodo distinguuntur à singularibus? ibid.
Vniversalitas positiva. 76
negativa. ibid.
Vnius rei unica demonstratio potissima. 104
Vno tempore nemo intelligit nisi unum, explicatur 65
Voluntas quomodo movet intellectum, & ab illo movetur? 64
Voluntatis duplex libertas contrarietatis & contradictionis. 63. 64.
Υποκειμενον vid. Subjectum.

FINIS.